This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

WIDENER LIBRARY
HX G94L E

Gu 50.20

INSIGNIA ACADEMIAE HARVARDIANAE CANTAB: NOV: ANGLIAE

VE RI TAS

The Gift of
Mary Bryant Brandegee
in Memory of
William Fletcher Weld

HARVARD COLLEGE LIBRARY

FRAGMENTUM VETERIS JURISCONSULTI DE JURIS SPECIEBUS ET DE MANUMISSIONIBUS

QUOD SERVAVIT

DOSITHEUS MAGISTER

IN EXERCITATIONIBUS GRAECO-LATINIS NONDUM EDITIS,

EX CODD. MSS. BIBLIOTHECAE BATAVAE EDIDIT,

NOTAS, ET EMENDATIONES ADJECIT

MATTHIAS RÖVER,

ACCEDIT EJUSDEM SPECIMEN OBSERVATIONUM ET EMENDATIONUM AD GLOSSAS VETERES VERBORUM JURIS.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud CORNELIUM HAAK
MDCCXXXIX.

[redacted]

[redacted]

NOBILISSIMO AMPLISSIMOQUE

VIRO,

ORNELIO VAN BYNKERSHOEK,

URIAE SUPREMAE, QUAE HOLLANDIAE,

ZELANDIAE, FRISIAEQUE NOMINE,

HAGAE BATAVORUM EST,

PRAESIDI GRAVISSIMO,

S. D.

MATTHIAS RÖVER.

Non longe mihi quaerenda ratio videtur, Praeſes Ampliſ-

* 2

2006/10/1

Gd 50.20

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee
Nov. 2, 1908.

BOUND JUL 3 1914

NOBILISSIMO AMPLISSIMOQUE

VIRO,

CORNELIO VAN BYNKERSHOEK,

CURIAE SUPREMAE, QUAE HOLLANDIAE, ZELANDIAE, FRISIAEQUE NOMINE, HAGAE BATAVORUM EST, PRAESIDI GRAVISSIMO,

S. D.

MATTHIAS RÖVER.

Non longe mihi quaerenda ratio videtur, Praeſes Am-

 pliſ-

pliſſime, cur tuis auſpiciis & nomini tuo inſcriptum prodire voluerim quidquid hoc libelli eſt.

Movet me tua Virtus & admirabile Ingenium, quae in ſublimi atque eminentiſſimo loco collocata Te Omnibus notum & optabilem reddunt. Movet ſumma Dignitas, conſummata Eruditio, & Amor erga Literarum & Juriſprudentiae ſtudia firmus ac conſtans, ita ut ſubſecivas horulas, quae a moleſtiis graviſſimi muneris ſuperſunt, unice Literarum monumentis & Juriſconſultorum ſcriptis interpretandis & emaculandis colloces; ſic vitae laborioſae jucunda oblivia percipis,

&

& literaria voluptate curas animumque demulces. Hic eſt & fuit ſemper Tuus ille vivendi mos. Inde eſt, quod jam multis ab hinc annis labantem Romani Juris Scientiam erexiſti & ſuſtentaſti, ſed & Batavae Themidis quam praeclare honorem & decus priſtinum reduxeris, norunt Omnes quibus avita jura noſcere curae cordique eſt. Adſtipulantur judicio meo tot Eruditorum hominum voces, tot adplauſus Te bono publico & rei publicae literariae gratulantium.

Praeclaris hiſce Virtutibus permotus Nomen Tuum alte veneror, & ſtudiorum meorum ſpeci-

men qualecumque ad Te deferre geſtio, leve illud quidem nec dignum ſatis quod tanta Nomina fronte gerat. ſum, fateor, tenuitatis meae conſcius, ſed & ſimul compertam habeo inſignem tuam humanitatem, qua juveniles auſus boni conſulere, & ſolos conatus in re literaria laudare ſoles. hoc eſt, cur minus erubeſcam.

Oblatum igitur venio veteris Juriſconſulti Fragmentum ex membranis Bibliothecae Batavae a me erutum. Offero reliquias Ulpiani tui qui ſinum Bynkerſhoekii vindicis ſui atque adſertoris ultro adpetit.

Ne gravare igitur, Vir Ampliſſime, ſi pignus amoris exhibeam tui ſtudioſiſſimus. Ne gravare, ſi inſigne Fragmentum, quod per longum tempus in ſquallidis membranis tenebris & incultu horridum deliteſcebat, a ſumma tua Dignitate novum ſplendorem & nitidam lucem accipiat. Addo Specimen Obſervationum & Emendationum ad Gloſſas Veteres Verborum Juris. Opuſculum illud tam lacerum circumferri haud paſſus ſum nec patiar, ſi vita & otium ſuperſit. Jam vero quidquid laboris in hoc libello inpenderim, illud omne mihi redditum erit, ſi album ad-

je-

jeceris calculum, & ſtudiis meis favere pergas. Vale, Praeſes Eruditiſſime. Deum veneror, ut Te ſanctiſſimi Juris Patronum ac Defenſorem, Senatorum Decus, Reipublicae Ornamentum bono publico diu det ſuperſtitem. Dabam Lugd. Batav. Ipſis Kalendis Jun. A. CIↃIↃCCXXXIX.

LE-

LECTORI

S.

MATTHIAS RÖVER.

Tui juris facio, Lector, veteris Juriſconſulti Fragmentum de Juris Speciebus & de Manumiſſionibus, Juriſprudentiae Ante-Juſtinianeae monumentum inluſtre & quantivis pretii. Hae reliquiae Auctorem habent Domitium Ulpianum fama nobiliſſimum: qui enim Titulum primum Fragmentorum quae ex Corpore Ulpiani ſuperſunt, legerit, τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον agnoſcet ſuſcipietque. Fruſtra igitur conjiciunt qui de Gajo ſuſpicantur.

Dudum interiiſſet hoc Opuſculum eodem fato, quo alia multa veteris aevi Monumenta, niſi Ulpianum Juriſconſultis reddidiſſet Doſitheus Magiſter in Exercitationibus ſuis Grae-

co-Latinis nondum editis. Si de aetate Magiſtri quaeris, eam poſteris haud ſubductum ivit, ſi quidem fatetur, ſe Hygini Genealogiam, cujus Fragmentum in iiſdem Exercitationibus continetur, deſcripſiſſe Apro & Maximo Conſulibus. Hinc probabiliter admodum conjicere licet, Doſitheum ipſius Ulpiani aequalem fuiſſe: Conſules enim Aprum & Maximum Faſti ad annum ducenteſimum ſeptimum poſt Chriſti Natales referunt, quo tempore floruit Ulpianus. Ceterum gratiam inivit Doſitheus apud omnes Juriſprudentiae Cultores, qui egregium Juris Fragmentum ab interitu vindicavit & ad poſteros tranſmiſit; licet ſe ipſum nullo ingenio, nulla eruditione commendet, nam eum omnis elegantiae inperitum & ſaepe quid ſcripſerit ignorantem probat totus ſcribendi character, cum in hoc Opuſculo, tum in Reſponſis Hadriani,

ſic

ſic & in reliquo opere quod editum non eſt.

Primus edendo huic Fragmento manum admovit Cujacius cujus opera lucem adſpexit Anno MDLXVI. Codici Theodoſiano, Pauli Sententiis &c. ſubjectum. Notas dein adjecit Pithoeus Anno MDLXXIII, poſtea ab aliis eſt recentatum, noviſſime ab Antonio Schultingio inter Auctores qui Juriſprudentiam Ante-Juſtinianeam conſtituunt.

Graecus contextus, qui adhuc in Codicibus manu exaratis latitabat, nunc demum prodit in lucem, Latina enim tantum edidit Cujacius, quem ſecuti deinceps reliqui Editores, non imitando licet conſilio. Forte non obſervaverat Vir Doctus Graeci contextus praecipuam rationem eſſe habendam: nam Doſitheus ex ſcriptis Ulpiani hanc particulam decerpſit & Graece vertit primum, dein ex Graeca ſua verſione iterum

in linguam Latinam transſudit, verbum verbo, ſervata ſaepius Graecorum conſtructione, ut tironum commodis magis inſerviret, in quorum uſus ſua conſcripſit.

Editiones, quotquot exſtant omnes, ex Libro Cujaciano defluxerunt. Exemplar illud admodum erat depravatum & truncatum fere meliore ſui parte. Integriorem Codicem verſandi mihi fortuna adfuit: cum enim in ſcriniis Archiviſque Bibliothecae Batavae manu exaratos Codices evolverem, incidi in Adverſaria MS. Divi Joſephi Scaligeri, quae Apographum Fragmenti noſtri exhibebant emendatius editis & integrius, nam & Graeca ibi conparebant, quae ut legeram, non ingratum fore opinabar, ſi publico ea donarem. Noveram hunc libellum haud vili pretio habitum fuiſſe ab Omnibus qui Juriſprudentiam ornarunt. Noveram veteris Juriſprudentiae pulviſculum magno mercari vo-

luiſſe Jacobum Gothofredum †, & quantus ille!

Tunc temporis ſtudiorum cauſſa Leidae agebat Vir Eruditiſſimus L. C. Valckenaerius, laetum Muſarum nomen. Hic ex MSS. Voſſianis, quae in eadem Bibliotheca adſervantur, Doſithei Exercitationes deſcripſerat, & mecum communicaverat. In iſtis autem membranis Ulpianum longe integriorem latitantem deprehendi, &, vix oculis χειμηλίῳ luſtrato, avidiſſime ipſum Autographum adii & excuſſi. Eſt Liber ille antiquiſſimus, &, quantum ex characteribus conjicere datum, octo ſeculorum aetatem prae ſe fert. eo ipſo olim uſus eſt Claudius Salmaſius in Bibliotheca Chriſtiani Rumpfii Medici Pariſienſis, ex quo in Opere eximio de Modo Uſurarum variis in locis quaedam

† *Dedicat. praemiſſ.* Veteri Orbis Deſcriptioni Graeci Scriptoris.

dam produxit. Hunc Codicem vocare ſoleo *Voſſianum*.

Habes igitur, Lector, Fragmentum inſigne auctum & locupletatum variis partibus. Notas adjeci quantum ſatis ad fontes juris indicandos. Emendationes ad omnia loca, quae manu emendatrici egere videbantur, propoſui, ita ut forte nihil ſuperſit quod quemquam remoretur. Auctarii loco ſpecimen Obſervationum & Emendationum ad Gloſſas Nomicas propoſui: nam, cum unice Juriſconſultorum ſcriptis invigilarem, perlegi & juris Gloſſarium; nec vacuam certe poſſeſſionem ingreſſus fui. Quis enim ignoret, quam multa loca a Viris Principibus Scaligeris, Meurſiis, Du Cangiis fuerint reſtituta. Nemo neſcit totum opus induſtria Schultingii receptatum, ejuſque cura perpolitum in Tomo tertio Theſauri juris Romani; res tamen accidit praeter opinionem: nam poſt aliorum lucubrationes ſpecilegia quaedam

dam

dam non tantum, ſed & meſſem intactam, ſaepius etiam male tactam reperi. Specimen igitur & quae praelibanda cenſui, praemitto. Tu, Lector, adoleſcentiae meae crepundiis fruere, & fave.

ΕΙΣ ΕΥΓΕΝΕΣΤΑΤΟΝ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΝ ΝΕΑΝΙΑΝ

ΜΑΤΘΙΑΝ ΡΩΒΕΡΟΝ,

ΤΑ ΤΟΥ

ΔΟΣΙΘΕΟΥ

ΚΑΤΑΡΤΙΣΑΝΤΑ,

Ἐπίγραμμα.

Ὁ βίβλον ἐξειργασμένος τήνδ' ἐξ ἐμῆς,
    Οἷός τις πέλεται θέλεις πυθέσθαι;
Δελφοῖς ὃν αἷμ' ἔβλαστεν αὐτὸν εὐγενές·
    Αἶρε δ' ἰδμοσύνης ἄμεινον εὖχος:
Ἔργον δὲ τοῦτο δεύτερον· κόσμησε γὰρ
    Πρόσθεν Σηστιάδος πάθημα κούρης.
Κἂν ταῦτ' ἔφηβον ἐκπονῆσαί ἑ κλύοις,
    Γνώσῃ Γροτίου ἄξιον πολίτην.

LATINE.

Cuinam ſalutem paginae iſtae debeant
    Paucis mi lubet indicare verbis.
Delphi tulere ſtirpe cretum nobili:
    Artes ſed decus addidere majus.
Labor nec hicce primus: infortunium
    Seſtae perpoliit prius puellae.
Utrumque ephebo ſi peractum dixero,
    Dignum pinxero magno Hugone civem.

G. J. VAN SWINDEN.

FRA.

FRAGMENTUM
VETERIS JURISCONSULTI
DE
JURIS SPECIEBUS
ET DE
MANUMISSIONIBUS
QUOD
SERVAVIT
DOSITHEUS MAGISTER
IN
EXERCITATIONIBUS
GRAECO-LATINIS
NONDUM EDITIS.

FRAGMENTUM [1]

VETERIS JURISCONSULTI

DE

JURIS SPECIEBUS,

ET DE

MANUMISSIONIBUS

Ἀλλὰ ἤδη νῦν, ἃ ὑπεσχόμην, τὰ ἀνήκοντα πρὸς τὴν ἀγορὰν [2] ἢ ἐν βουλευτηρίῳ οὐδενὶ ἐμποδίῳ [3] ἤδη ἄρξομαι.

§. 1. Πᾶν γὰρ δίκαιον ἢ πολιτικὸν προσαγορευε-

---

1 *Fragmentum veteris Juriſconſulti de juris ſpeciebus & de manumiſſionibus.* ita inſcripſi hunc libellum; deeſt titulus in utroque Codice. Editio Genevenſis ut & noviſſima Cl. Schultingii praeſcribunt *Fragmentum Regularum*, quia §. 4. *Regulae* memorantur, ſi quis cum illis fecerit, non intercedo: notum enim eſt, hoc titulo plurima Juriſconſultorum volumina antiquitus inſignita fuiſſe; & ipſe Ulpianus Regularum Libros conſcripſit: ſed per κανόνας for-

QUOD SERVAVIT DOSITHEUS MAGISTER IN EXERCITATIONIBUS GRAECO-LATINIS, *NONDUM EDITIS.*

Ea vero, quae promiſi, pertinentia ad forum vel in curia nullo inpedimento nunc adgrediar.

§. 1. Omne enim jus aut civile adpellatur,

---

forte *Regulas ſuas Grammaticales* intellexit Doſitheus.

2 Ἢ ἐν βουλευτηρίῳ.] *Vel in curia.* Gloſſema hoc eſt τοῦ πρὸς τὴν ἀγορὰν; niſi verbum excidiſſe potius ſtatuendum ſit, ut δοκιμασθέντα aut aliquid ſimile. ἢ ἐν βουλευτηρίῳ δοκιμασθέντα; ſenſus erit, *ea nunc adgrediar quae pertinent ad forum, vel quae in curia* aut in judicio *conprobata ſunt.*

3 Ἤδη.] Delendum videtur.

ρεύεται, ἢ φυσικὸν λέγεται, ἢ ἐθνικὸν δίκαιον· ἀπὸ
τούτου γὰρ ὠνομάσθη, καὶ πάντα τὰ ἔθνη ὁμοίως τού-
του εἰσὶν κεχρησμένα· ὃ γὰρ καλὸν καὶ δίκαιόν ἐστι,
πάντων εὐχρηστία συμφωνεῖ· τόδε δίκαιον πολιτι-
κὸν κύριόν ἐστιν Ῥωμαίων, καὶ ἀπὸ τούτων εἰρημέ-
νον, [1] ἐπειδὴ ἡμετέρα πόλις ταύτη τῇ ἀλη-
θείᾳ χρᾶται· [2] ἀλλὰ ἔνιοι τοῦτο εἶναι ἃ πάν-
τες πολίταις ἰδίοις προλέγουσιν, ἢ μείζονι μέρει
συμφέρει· εἰσὶν γὰρ οἳ καὶ παρέδοσαν [3] ὑπό-
στα-

---

1 Ἐπειδὴ ἡμετέρα πόλις ταύτη τῇ ἀληθείᾳ χρᾶται.] Scripturae vitium ſubeſſe, quivis videt; quid enim ταύτη τῇ ἀληθείᾳ? nec magno molimine repones ταύτη τῇ αὐθεντίᾳ. Ἐπειδὴ ἡμετέρα πόλις ταύτη τῇ αὐθεντίᾳ χρᾶται. verte, *Quoniam Civitas noſtra ea auctoritate utitur*, ea nimirum *auctoritate*, ut, quoties *jus civile* dicimus, nec nomen addimus cujus ſit civitatis, jus civile Romanorum ſignificemus §. 2. *Inſt. de Jur. Nat.*

2 Ἀλλὰ ἔνιοι τοῦτο εἶναι ἃ πάντες πολίταις ἰδίοις προλέγουσιν, ἢ μείζονι μέρει συμφέρει.] *Sed quidam illud* (jus civile) *eſſe, quod omnes civibus ſuis praedicunt, aut majori parti expedit.* verba licet ſcripturae vitiis conmaculata, ſenſum tamen haud obſcure poſſumus intueri; ſcilicet ita emendandum cenſeo Ἀλλὰ ἔνιοι τοῦτο εἶναι προλέγουσιν, ὃ πᾶσι πολίταις ἰδίοις ἢ μείζονι μέρει συμφέρει. verte, *ſed quidam illud eſſe exiſtimant, quod omnibus civibus propriis, aut majori parti expedit.* nunc omnino conveniunt cum *L. 11. D. de Juſt. & Jur. Jus pluribus modis*

tur, aut naturale dicitur, aut gentium jus; ab eo enim nominatum eſt, & omnes gentes ſimiliter eo ſunt uſae: quod enim bonum & juſtum eſt, omnium utilitati convenit; jus civile vero proprium eſt Romanorum, & ab iis dictum, quoniam noſtra civitas ea veritate utitur: ſed quidam illud eſſe, quod omnes civibus ſuis praedicunt, aut majori parti expedit: ſunt enim qui etiam tradiderunt, quanti-

---

dis dicitur. ——— *altero modo, quod omnibus aut pluribus in quaque civitate utile eſt: ut eſt jus civile.*

3 Ὑπόστασιν δικαιοσύνης εἶναι πλείονα.] *Juſtitiae quantitatem* (rectius *qualitatem*) *eſſe plurimam.* de *Juſtitia* hic actum fuiſſe haud exiſtimo; equidem vero de *jure:* adeoque per δικαιοσύνης, τὸ δίκαιον intelligendum, nec exiſtimo Ulpiani mentem hic percepiſſe Magiſtrum: nam in libro Juriſconſulti procul omni dubio invenerat *jus pluribus modis dici*, quae verba modo ex *L.* 11. retuli. Hic quoque conferri debent, quae Graeci ſcripſerunt ad *L.* 1. *pr. D. de Juſt. & Jure* in Baſil. tom. 1. pag. 34. Ὁ δὲ νόμος ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ὑποθέσεων παρεμπιπτουσῶν συνέστη γραφεισῶν, καὶ ἀποκληρωθεισῶν, διὰ τὸ συμφέρον τούτων. *Jus autem ex pluribus, & variis cauſis ex facto contingentibus conſtat, quae in ſcripturam, & certos titulos redactae ſunt propter eorum utilitatem.* non equidem ſollicito διὰ τὸ συμφέρον τούτων *propter eorum uti-*

στασιν δικαιοσύνης εἶναι πλείονα· τοῦτον δὲ τὸν ἀφορισμὸν ἀληθέστερον εἶναι παρέδοσαν, [1] ὅσα ἐν τῇ ἀρχῇ εἴπαμεν.

2. [2] Δικαίου πολιτικοῦ προσαγορεύεται ὡς ἐκ πλειόνων μερων συνεστηκός· † ἀλλὰ διατάξεις Αὐτοκρατορικαὶ, † ὁμοίως τιμητέον, ὅ ἐστιν καὶ τοῦ Πραιτώρος διάταγμα, ὁμοίως [3] καὶ Ἀνθυπάτου· † [4] ἐκ τούτου γὰρ συνκατέθεντο τὴν ἐμπειρίαν † καὶ παρείληπται τῶν ἀποκριμάτων, καὶ κεφαλαιωδῶς εἰώθαμεν ταῦτα λέγειν.

3. [1] Νό-

---

tilitatem, ſed facile mecum, quiſquis es humanior, agnoſcis, ſi repoſuimus διὰ τὸ συμφέρον πάντων, *propter omnium utilitatem*, lectionem fore longe praeſtantiorem; mutatio, ſi ductum literarum ſpectes, exigua eſt.

1 Ὅσα.] Forte ὅν, vel ὡς.

2 Δικαίου πολιτικοῦ προσαγορεύεται] ὡς ἐκ πλειόνων μέρων συνεστηκός.] Hic fere & toto hoc paragrapho, tabulas tantum ex naufragio & quidem admodum tenues conſpicimus. hic demum incipit Apographum Joſephi Scaligeri, in quo locus aliter concipitur; nempe hoc pacto, Δικαίου πολιτικοῦ εἰς τὸ ἐρτηθημένον προσαγορεύεται ἐκ πλειόνων μέρων συνεστηκ. In margine Codicis correctum eſt εἴπη ἐντεθυμένον. Lectionem MSti Voſſiani, quae melior eſt, repraeſentavi. niſi quod pro δικαίου πολιτικοῦ, emendarim δίκαιον πολιτικὸν. nam rectius omnia ſeſe habebunt, ſi legeris, δίκαιον πολιτικόν.

titatem Juſtitiae eſſe plurimam: hanc autem definitionem veriorem eſſe tradiderunt, quae in principio propoſuimus.

2. Juris civilis adpellatur quaſi ex pluribus partibus conſtans: † ſed Conſtitutiones Imperatoriae, † ſimiliter honorandum, quod eſt & Praetoris Edictum ſimiliter & Proconſulis, † ex eo enim conſtituerunt Juriſprudentiam † & receptum eſt reſponſorum, & ſummatim haec dicere ſolemus, †.

3. Lex

ἰκὸν προσαγορεύεται ὡς ἐκ πλειόνων μερῶν συνεστηκός. *Jus Civile vocatur, quaſi ex pluribus partibus conſtans.*

3 Καὶ Ἀνθυπάτου.] Ita in Codice Scalig. In Voſſ. ἢ Ἀνθυπάτου *vel proconſulis*, & ſic edidit Pithoeus. male.

4 Ἐκ τούτου γὰρ συνκατέθεντο τὴν ἐμπειρίαν † καὶ παρείληπται τῶν ἀποκελμάτων.] Quid hic olim fuerit, conjectura forte adſequi poſſumus, praecipue ſi lectionem Codicis Scaligerani produxerim. in eo exſtat ἐκ τούτου γὰρ συνκατένδεσαν ἔμπειρον καὶ παρειληπτῆς ἐξ ἀποφθέγματος; in margine vero ἔμπειρος καὶ παραληπτὴς, & quia tam multa deficiunt, non licet ſtatuere, an legendum ſit ἔμπειρον καὶ παραληπτὴν. an vero lectio, quam margo exhibet, ſit retinenda; ſaltem puto hic tradidiſſe auctorem, quae habet de Juriſperitis Pomponius in *L.* 2. §. 47. *D. de Orig. Jur.* & forte τῷ παραληπτὴς is ſignificatur, *qui ex auctoritate Principis re-*

3. [1] Νόμος γὰρ Ἴουλιος καὶ Πάπιος. † τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ δικαίου προσαγορεύονται.

4. Τοὺς

---

reſpondebat. cui hoc beneficium conceſſum erat. quod D. Auguſtum primum Conſtituiſſe refert Pomponius, eo τὸ προσειληπτὸς poſſemus referre, quaſi *adſumtus. cui hoc permiſſum erat.* nam definit Inperator Prudentum reſponſa, quod ſint ſententiae & opiniones eorum, quibus *permiſſum* erat de jure reſpondere.

1 † Νόμος γὰρ Ἴουλιος καὶ Πάπιος. † τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ δικαίου προσαγορεύονται.] Multa & hic quoque exciderunt. forte olim fuit Νόμος γάρ ἐστιν ὡς ὁ Ἴουλιος καὶ Πάπιος. Ea vero quae ſequuntur non dubito, quin ita reſtituenda ſint. τῷ γὰρ τοῦ νόμου ὀνόματι τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ δικαίου προσαγορεύονται. ut ſcilicet *Legis adpellatione caeterae Juris ſcripti partes conprehendantur:* per δίκαιον enim *jus ſcriptum* intelligimus. Fundus emendationis meae eſt Theophilus qui ad §. 4. *Inſt. de Jur. nat. Gent. & civil.* ita ſcribit. κοινὸν γὰρ τῶν ἐγγράφων νόμων ὄνομα τὸ λέξ. καθὸ ἐξ αὐτοῦ κατάγονται αἱ λοιπαὶ νομοθεσίαι. *Scripto juri commune nomen eſt Lex, cum ex ea & caeterae juris conſtituendi partes proficiſcantur.* ultima verba καθὸ ἐξ αὐτοῦ κατάγονται κ. τ. λ. fruſtra quaeres in utraque Editione Fabrotti: reſtituenda tamen ſunt ex prima editione & ex omnibus aliis quae Viglii aut Curtii nomen praeferunt. Genuina, dico, ſunt Theophili verba: pergit enim; nec hoc omiſit Fabrottus. ἐπειδὴ κορυφαιότατος ὁ δῆμός ἐστι τῶν νομοθετῶν. ἴδει καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ νομοθεσίαν κεκοσμῆσθαι τῷ κοινῷ τῶν ἐγγράφων νόμων ὀνόματι. *quia omnium, qui Jura*

3. Lex enim Julia & Papia: † caeterae partes juſtitiae appellantur.

4. Re-

---

ra conſtituunt, prima poteſtas apud Populum erat: conveniebat etiam, ut & jus quod ab eo conſtitueretur, communi nomine, quod omnes juris ſcripti ſpeciem habent, cohoneſtaretur. Caeterae igitur juris ſcripti ſpecies legum nomine veniunt. hinc eſt, quod & Juriſconſulti *jura condere*, νομοθετεῖν dicantur §. 8. *Inſt. d. t.* & Theophilo ad *d.* §. his verbis: τὸ δὲ παρ' αὐτῶν νομοθετούμενον, γενικῷ ὀνόματι κέκληται ῥέσπονσουμ. *Jus autem quod ab his conſtituitur, generali nomine vocatur* reſponſum. ipſi Juriſconſulti interdum νομοθέται vocantur. Didium Julianum Inperatorem, Juriſperitia celebrem in Hiſtoria, Graeci Scriptores νομοθέτην *Juriſconſultum* adpellant. hinc in errorem inciderunt Nonnulli, qui Eum Edicti perpetui Auctorem ſtatuerent, non obſervato ſcilicet, Νομοθέτην Graecis *Juriſconſultum* non ſemper *Legiſlatorem* vocari. *Senatus* quoque dicitur νομοθετεῖν apud Theophilum ad §. *penult. Inſt. quod cum eo qui in alien. poteſt.* Et ea de re plura poſſem addere; & alibi erit agendi occaſio; nunc ad Doſitheum revertor, cujus ſenſum, ut puto, non male propoſui. Verba quae praecedunt: Νόμος γὰρ Ἰούλιος καὶ Πάπιος. conjeci, Νόμος γάρ ἐστιν ὡς ὁ Ἰούλιος καὶ Πάπιος. & ita forte ſcripſit Juriſconſultus, quod tamen non adfirmo; nec hac ſuſpicione confido ſatis, nam ſenſus integer nondum erit: Exiſtimo enim Auctorem hic Legis definitionem propoſuiſſe, & de Lege perfecta & imperfecta ſive minus perfecta egiſſe,

 ita

4. Τοὺς γὰρ κανόνας ὑπεξιόντι μοι περὶ ταῦτα τὰ μαθήματα ἀναγκαῖον περὶ πάντων εἰδέναι· † οὐδὲ γὰρ μιᾶς εἰσὶν αἱρέσεως, ἀλλὰ ποικίλης, ἅπινα καθ' ἕκαστον τὰ ἀνήκοντα περὶ τούτων τὴν ἐξήγησιν ἀνενεκτέα ἐστὶν τῇ τάξει.

5. Πάντες γὰρ ἢ εὐγενεῖς εἰσὶν, [1] ἢ ἀπελεύθεροι· ἀλλ' ἵνα μᾶλλον δυνηθῶσιν ἕκαστα [2] διασαφηθῆναι, βέλτιον δοκεῖ ἄρξασθαι ἀπὸ ἀπελευθέρων ἀναφέρειν, καὶ πρῶτον περὶ [3] Ῥωμαϊκῶν

ita quoque fecerat Ulpianus in principio Fragmentorum. Ὡς ὁ Ἰούλιος καὶ Πάπιος. *veluti Lex Julia & Papia.* Ita ſimpliciter ſcribunt Graeci Juriſconſulti, vocabulum νόμος omittentes, quod & Latini faciunt, ut notum eſt, & notavit Cl. Schultingius ad Paulum *lib.* III. *Sent. tit.* 3. Recte ibi antiquitus editi inſcriptionem Tituli conſtituunt de *Lege Fabia* non *Fabiana.* Sic in Gloſſis Nomicis πλαγιάριος· φλάβιος recte mutat φάβιος Cl. Editor: ſic & φαλκίδιος. Dum autem Falcidiae mentionem facio, corrige Synopſin Baſilicῶn Lib. 35. Titulo *de ſecundo Teſtamento* pag. 327. καὶ εἰς ἐλλείπει τι περὶ τὸ φαλκίδιον. lege καὶ εἴ τι ἐλλείπει περὶ τὸ φαλκίδιον, aut, quod magis eſt, καὶ εἰ ἐλλείπει τι περὶ τὸ φαλκίδιον. Idem vitium in Synopſi Baſilicῶn MS. Titulo *de Legat.* Ὁ τοκετὸς τοῦ λεγατευθείσης δούλης περὶ τοῦ προχωρήσεως τῷ κληρονόμῳ ἁρμόζει, καὶ λογίζεται αὐτῷ (recte in marg. αὐτοῦ)

4. Regulas enim exſequenti mihi ad ea ſtudia neceſſarium ante omnia ſcire: † nec enim unius ſunt conditionis, ſed variae, quae ſingula ad hanc enarrationem pertinentia ordine referenda ſunt.

5. Omnes enim aut ingenui ſunt, aut liberti: † ſed ut magis poſſint ſingula declarari, melius videtur incipere a libertis referre: & prius quidem de Latinis ſcri-

---

αὐτῷ) εἰς τὸ φαλκίδιον, καὶ τοὺς καρποὺς αὐτοῦ. lege εἰς τὸ φαλκίδιον.

1 Ἡ ἀπελεύθεροι.] In utroque MS. vertitur *vel liberti* non *libertini*, eſt & in Fragmentis Ulpiani Titulus *de Libertis*. quae Inſcriptio haud ſollicitanda eſt, nam ex hoc fragmento lucem & auctoritatem accipiet.

2 Διασκεφθῆναι.] Deficit in MS. Voſſ. male.

3 Ῥωμαϊκῶν.] Codex Scaligeri exhibet Ῥωμαίων. Ῥωμαϊκοὶ vel Ῥωμαῖοι hic ſuut *Latini*: ſic enim interpretari cogimur, quamvis hujus vocis ea notio non ſit. rectius vocabulum Λατῖνοι retinuiſſet Auctor; nec aliter faciunt Graeci in Baſilic. *L. unic. C. de Latin. Libertat. toll.* Ῥωμαϊκοὶ iterum infra §. 13. & 14. in utroque tamen Codice ubique vertitur *Latini*, & recte. Unde error ortus ſit facile percipio; ſcilicet inperitus Magiſter in veterum Gloſſis legerat,

μαϊκῶν γεάφειν, μὴ πλεονάκις [1] ταῦτα. διερμηνεύειν ἀναγκαζώμεθα.

6. Πρῶτον οὖν ἴδωμεν [2] ποταπόν ἐστιν ὃ λέγεται, [3] αὐτοὺς οἱ μεταξὺ φίλους παλαιοὺς ἠλευθεροῦντο, μὴ εἶναι ἐλευθέρους, ἀλλὰ τοῦ δεσπότου θελήσει [4] ἐν ἐλευθερίᾳ διατρίβειν, καὶ μόνον

Λατίνους per Ῥωμαίους explicari. hinc & hodie apud Heſychium legimus Ῥωμαῖοι, Λατῖνοι. Similia apud Suidam: quam denominationem ad *manumiſſos*, qui ex Lege Junia *Latini* vocantur, tranſtulit, haud admodum ſcite, ut vides: ſed & culpam latam nunc non exigimus, gratiam potius inivit Doſitheus, cujus opera veteris Juriſprudentiae monumentum ſupereſt.

1 Ταῦτα.] MS. Scalig. ἑαυτῷ: margo ejuſdem Codicis τὰ αὐτά.

2 Ποταπόν ἐστιν.] MS. Scalig. ποῖόν ἐστι. Scripturam Codicis Voſſiani ſecutus ſum ποταπόν ἐστιν.

3 Αὐτοὺς οἱ μεταξὺ φίλους παλαιοὺς ἠλευθεροῦντο.] Haec verba ex Scaligeri MS. reſtituimus. In Voſſiano deerant. Qui inter amicos manumittebantur liberi antiquitus non erant. Obſervationis autem non inelegantis eſt, hoc ideo conſtitutum fuiſſe, ut poenitentiae locus relinqueretur; poenitentiae non tantum, ſed & plurimae rationes fingi poſſunt, propter quas utiliſſimum fuerit, manumiſſos in ſervitutem revocari. Diſerte in rem noſtram Tacitus XIII. Annal. 27. *Quin & manumittendi duas ſpecies inſtitutas, ut relinqueretur poenitentiae aut*

ſcribere, ne ſaepius eadem interpretari cogamur.

6. Primum ergo videamus quale eſt quod dicitur, eos qui inter amicos veteres manumittebantur, non eſſe liberos: ſed domini voluntate in libertate morari, & tan-

aut novo beneficio locus. quos vindicta patronus non liberaverit; velut vinculo ſervitutis attineri. Novum beneficium reperio apud Plinium VII. Epiſt. 16. *ſi voles vindicta liberare quos proxime inter amicos manumiſiſti.* quid autem ſibi vult μεταξὺ φίλους παλαιοὺς ἠλευθεροῦντο, *inter amicos veteres?* Scribe μεταξὺ φίλους πάλαι ἠλευθεροῦντο. *qui inter amicos antiquitus manumittebantur.* Illud πάλαι in Scalig. Cod. poſt ἐλευθέρους in ſeq. habetur, ubi delendum eſt; Poſſet & alio modo hic locus ſanari, nam ſi quis pro παλαιοὺς maluerit τὸ παλαιὸν, Graecorum auctoritate ſe poterit tueri. Praeſtantiſſimus enim Graecorum interpretum Thalelaeus ad *L. unic. Cod. de Latina libert. tollend.* dicit. τὸ παλαιὸν *inter amicos* ἐγένετο λατῖνος. *qui olim inter amicos manumittebatur, fiebat Latinus.* Sed, quod prius dixi, probabilius.

4 Ἐν ἐλευθερίᾳ διατρίβειν.] Codex Voſſ. habet εἰς ἐλευθερίαν διατρίβειν. Ex hoc loco optime intelligi poteſt *L.* 4. *C. de fideicommiſſ. libertatib.* Confer Cujacium Obſerv. XVIII. 20. & Scholia Baſilicorum ad d. l. tom. VI. pag. 303.

μόνον τοῦ δουλικοῦ φόβου ἀπολύεσθαι· πρότερον γὰρ μία ἐλευθερία ἦν, καὶ ἡ ἐλευθερία ἐγίνετο ἐκ προσαγωγῆς, [1] ἢ κατὰ διαθήκην, ἢ ἐν ἀποτιμήσει· [2] καὶ πολιτεία Ῥωμαίων συνάγετο.

---

1 Ἢ κατὰ διαθήκην.] *Vel teſtamento* recte vertitur in MS. Voſſiano. Scaligeri Apographum habet *vel teſtimonio.* Inepte admodum: ita tamen expreſſum eſt in omnibus editis. Saepius obſervavi vocabula *teſtamentum*, & *teſtimonium* a librariis confundi, qui literarum conpendiis decepti erant: Signum enim TM denotat *teſtimonium*, TTM vero *teſtamentum.* haſce notas in veteri *Notarum Juridicarum Explanatione MS.* in Bibliotheca Batava repperi. Vides erroris originem. Jam, licet, invitanti occaſioni obſequamur, & hac obſervatione Livio ſcriptori excellenti medicinam adplicemus, quem ſcripturae vitio laborare non ſinam loco egregio, quoniam Auctor ille mihi in deliciis habetur; verba ejus in Lib. XXXIX. Cap. 8. haec ſunt: loquitur de Sacris Bacchanal. *Sed falſi teſtes, falſa ſigna teſtimoniaque & judicia ex eadem officina exibant. Teſtes* & *teſtimonia* non hic unum idemque? nec illud Liviani coloris videtur; quare pro *teſtimoniaque* reponendum crediderim *teſtamentaque. Sed falſi teſtes, falſa ſigna teſtamentaque & judicia ex eadem officina exibant.* Emendationis meae locuples & certiſſimus Auctor eſt ipſe Livius: ita enim ille Cap. 18. *eos in vinculis relinquebant: qui ſtupris aut caedibus violati*

tantum ſerviendi metu liberari: antea enim una libertas erat, & libertas fiebat, vel ex vindicta, vel ex teſtamento, vel in cenſu: & civitas Romana competit ma-

lati erant, qui falſis teſtimoniis, ſignis adulterinis, ſubjectione TESTAMENTORUM, *fraudibus aliis contaminati.* habes *falſos teſtes*, *falſa ſigna*, & *falſa teſtamenta.* Dum haec ſcribo, opportune venit in mentem Iſidorus, apud quem eadem confuſio adparet lib. V. Orig. cap. 26. *Interneciei*, inquit, *judicium in eum dabatur, qui falſum teſtimonium fecerat, & ob id hominem occiderat.* Ita legitur in prima Editione, quæ nec Typographum, nec annum prae ſe fert, & in Baſilienſ. & in omnibus meis: ſed legendum, *qui falſum teſtamentum fecerat:* quam lectionem in quatuor MSS. antiquiſſ. quibus in Biblioth. Batava uſus ſum, repperi, & ita recte Iſidorum citavit Cujac. I. Obſerv. 2. hanc lectionem quoque auctor ipſe confirmat: pergit enim: *Accuſatorem ejus poſſeſſio bonorum ſequebatur.* Nec ea de re dubitabit, qui apud Feſtum legerit: *Internecivum teſtamentum eſſe, propter quod dominus ejus necatus eſt.* Non aeque feliciter Iſidorum emendavit Cujacius, pro *interneciei*, reponens *internecini*, cum legendum ſit *internetii*, vel *internecii* cum duob. Cod. MSS. nam & iidem MSS. infra quoque habent *internetii autem ſignificatio eſt, quaſi hominis quaedam necatio*, & recte omnino. Juvat addere, quae tradit Papias in Vocabulario, Auctor egregius ubi

γεται τοῖς ἠλευθερωμένοις, ἥτις προσαγορεύεται νόμιμος ἐλευθερία· οὗτοι δὲ οἱ δεσπόται θελήσει [1] ἐν ἐλευθερίᾳ ἦσαν, [2] ἔμενον δοῦλοι, καὶ οἱ ἐλευθερῶντες ἐτόλμων εἰς δουλείαν πάλιν αὐτοὺς κατὰ βίαν ἄγειν, [3] παρεγίνετο δὲ ὁ στρατηγὸς, καὶ οὐκ ἤφιεν ἐλευθερωθέντα δουλεύειν.

7. Πάντα μέντοι καθὼς δοῦλος προσεπόριζεν [4] ἠλευθερωκότι, ἢ ἐπὶ [5] ἐπηρώτα, [6] ἢ κατὰ γραφὴν εἴληφεν, ἢ ἐξ οἵας δή-

ποτε

---

ubi emendatos codices ſequitur. *Internecida*, ait, *eſt qui falſum teſtamentum facit, & ob id hominem interfecit. Internecio quaſi quaedam hominis maxima necio mors vel poena.* Feſtus: *Internectio, Vitae privatio, appellatur internectio, a nece denominato vocabulo.* Ita enim legendum. Vitioſe editur & diſtinguitur *internectio, vitae privatio appellatur interfectio. a nece denominato vocabulo.* Si quis contendat *internecio* ſcripſiſſe Feſtum, ei ratio conſtare poterit.

2 Καὶ πολιτεία Ῥωμαίων συνάγεται τοῖς ἠλευθερωμένοις.] *Et civitas Romana competit manumiſſis.* Aleander legit, *ex qua civitas &c.* recte vitium ſubeſſe ſuſpicatur: nam Joſephus Scaliger in margine Apographi pro τοῖς, ſcripſerat, *melius* legi poſſe αὐτοῖς, & ſic omnia erunt integra, *civitas Romana competit illis manumiſſis*, Civitas Roma-

manumiſſis, quae appellatur legitima libertas: hi autem qui domini voluntate in libertate erant, manebant ſervi: & manumiſſores audebant eos iterum per vim in ſervitutem ducere: ſed interveniebat Praetor, & non permittebat manumiſſum ſervire.

7. Omnia tamen tanquam ſervus adquirebat manumiſſori, vel ſi quid ſtipulabatur, vel per ſcripturam accipiebat, vel ex quacunque alia cauſa ad-

---

mana conpetit illis qui his modis manumiſſi ſunt *cenſu* nimirum, *vindicta*, & *teſtamento*, quam νόμιμον ἐλευθερίαν vocat Doſitheus, Theophilus μείζονα καὶ ἐννομωτάτην, ad §. 3. *Inſt. de Libertin.* & *juſtam libertatem.* Ulpianus frag. I. §. 23. pro συνάγεται Voſſ. habet συνάγοι.

1 Ἐν ἐλευθερίᾳ ἦσαν.] Voſſ. ἐπ' ἐλευθερίαν.

2 Ἔμενον.] ita Scal. Voſſ. ἔμειναν.

3 Παρεγίνετο γὰρ ὁ στρατηγός.] Ita emendavi, Voſſ. παρεγίνοντο: ſequentia vero omittit. Scal. παρεγένετο γὰρ ὁ στρατηγός, unde efficere non dubitavi παρεγίνετο γὰρ ὁ στρατηγός. Salmaſius de Modo Uſurar. Cap. 19. pag. 878. citavit παρεγίνοντο γὰρ οἱ στρατηγοί, ſed male, nec ita eſt in MS. aliquando minus adcurate Doſithei verba exhibuit vir Eruditus.

4 Ἐλευθερωκότι.] Salmaſius citat ἐλευθερωκότι.

5 Ἐπηρώτα.] Scal. ἐπηροτᾶτο. forte ſcriptum fuit ἐπηρώτα, ἤτοι κατὰ. ſed legendum, uti edimus, ἐπηρώτα, ἢ κατὰ.

6 Ἢ κατὰ γραφήν.] ἢ male omittit Voſſ. Salmaſius

ſcri-

ποτε δίκης ἄλλης προσεκέκτητο, τοῦ δεσπότου τοῦ ἐγίνετο, τοῦτ' ἔστιν [1] ἠλευθερωμένος πάντα τὰ ὑπάρχοντα πρὸς τὸν πάτρωνα διέφερεν.

8. Ἀλλὰ νῦν ἔχουσιν ἰδίαν ἐλευθερίαν εἰς τοὺς φίλους ἠλευθερωμένοι, καὶ γίνονται Λατῖνοι Ἰουνιανοί· ἐπειδὴ [2] νόμος Ἰούνιος, ὃς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἔδωκεν, ἐξίσωσεν αὐτοὺς [3] Λατίνοις κολωναρίοις, [4] οἵ ὅτε ἦσαν [5] πολῖται ῥω-

---

ſcripſit ἢ κατὰ συγγραφήν. non ita eſt in MS. nam eodem Codice, quo Ille uſus eſt, hodie & nos ex Bibliotheca Voſſiana utimur. ἢ κατὰ χάρτην ἔληφεν, recte in MS. Scaligeri vertitur *per ſcripturam accipiebat*, non aeque in Voſſ. *vel mancupationi accipiebat*.

1 Ἠλευθερωμένος.] Ita legitur in Scalig. & recte omnino. Salmaſius in ſuo Codice vitioſe repperit, ἐλευθερομένου, unde efficit τοῦ ἐλευθερομένου. Senſus attamen haud procedit. Quid enim τοῦ ἐλευθερομένου ὑπάρχοντα διέφερεν? lege igitur cum apographo Scaligeri ἠλευθερωμένος. haec autem verba τοῦτ' ἔστιν ἠλευθερωμένος πάντα τὰ ὑπάρχοντα πρὸς τὸν πατρῶνα διέφερεν· ab ipſo Doſitheo profecta videntur: hic enim praecedentia interpretatur.

2 Νόμος Ἰούνιος.] Scal. In Voſſ. Ἰούλιος, ubique vertitur quoque *Julius*. promiſcue ſcribitur Lex *Junia* & *Julia*; idem adparet in Scoliis Baſil. ad *L. unic. Cod. de Latin. Libert. tollend.* ubi pro Ἰούλιος, recte corrigit Fa-

adquiſierat, domini hoc faciebat, hoc eſt, manumiſſus omnia bona patrono adquirebat.

8. Sed nunc habent propriam libertatem qui inter amicos manumittuntur, & fiunt Latini Juniani; quoniam Lex Junia, quae libertatem iis dedit, exaequavit eos Latinis Colonariis, qui cum eſſent cives Ro-

Fabrottus Ἰώνιος: contra vero apud Ulpianum frag. T. III. §. 3. pro Lege *Junia* legendum *Julia*, ut cenſet Pithoeus; verba Ulpiani: *nam lege Junia cautum eſt, ut ſi civem Romanam vel Latinam uxorem duxerit, teſtatione interpoſita, quod liberorum quaerendorum cauſa uxorem duxerit &c.* Jus illud legi Juliae, Papiae, Poppaeae adſcribendum eſt. Nam quod alii exiſtiment, novi hic aliquid inductum fuiſſe ex *Lege Junia* nihil aliud eſt, quam conjecturae conjecturam addere, & eo magis illud exiſtimo, quod eadem confuſio apud eumdem Ulpianum Tit. XXII. §. 19. iterum adpareat.

3 Λατίνοις κολωναρίοις.] Voſſ. Λατίνους κολωναρίους.

4 Οἱ ὅτε ἦσαν.] Scripſi cum Salmaſio. In Voſſian. legitur εἰ ὅτε. Scal. οἱ τότε.

5 Πολῖται ῥωμαίων ἀπελεύθεροι.] Haec utriuſque Codicis lectio eſt. Salmaſius retulit πολῖται ῥωμαῖοι, nec ita eſt in MSS. omittit quoque τὸ ἀπελεύθεροι. Quod etiam expungi voluit Cl. Schultingius in not. ad

ῥωμαίων ἀπελεύθεροι, 1 ὄνομα ἴδιον εἰς τὴν κολωνίαν δεδώκεσαν.

9. Ἐν τούτοις, οἱ μεταξὺ Φίλων ἐλευθεροῦνται, θέλησις δεσπότου σκοπεῖται· νόμος γὰρ Ἰούνιος τούτους γίνεσθαι Λατίνους κελεύει, οὓς ὁ δεσπότης ἐλευθέρους εἶναι 2 ἠθέλησεν. τούτου δὴ οὕτως 3 ἔχοντος, 4 ὀφείλει παραίρεσιν ἐλευθεροῦντος ἔχειν

---

h. l. & ad Cajum Inſt. lib. I. Tit. 1. §. 2. Recte quidem ſuſpectum eſt Viris Clariſſimis: deleri tamen nollem hoc verbum, quod religio eſt; praeſertim quia in verſione quoque Voſſiani Codicis exprimitur. Quaedam enim hic excidiſſe videntur; aut forte pro eruditione ſua ipſe hoc adjecit Doſitheus, & ſcriptum fuit olim: οἱ ὅτε ἦσαν πολῖται ῥωμαίων ἢ ἀπελεύθεροι. *qui cum eſſent Cives Romani aut Liberti.*

1 Ὄνομα ἴδιον εἰς τὴν κολωνίαν δεδώκεσαν.] Scaligeri Apographum exhibet: καὶ ὄνομα ἴδιον εἰς τὴν πόλιν δεδώκεσαν. male εἰς τὴν πόλιν: ſenſum quoque turbat καὶ ὄνομα. ſed recte ſe habet ſcriptura MS. Voſſian. quam repraeſentavi.

2 Ἠθέλησεν.] Ita in utroque Cod. male Salmaſ. βούλεται.

3 Ἔχοντος.] Recte emendat Schultingius. Scal. ἔχοντες. Voſſ. ἔχον.

4 Ὀφείλει παραίρεσιν ἐλευθεροῦντος ἔχειν ὁ δεσπότης· ὅθεν εἰ κατὰ βίαν ἀναγκασθεὶς.] Dubito an recte haec verba ſeſe habeant. Vertitur in MS. Voſſ. *debet voluntatem manumittentis habere dominus unde ſi per vim coactus.* In Scalig. vero hoc modo ὀφείλουσιν παραί-

Romani Liberti, nomen ſuum in coloniam dederant.

9. In his, qui inter amicos manumittuntur, voluntas domini ſpectatur; Lex enim Junia eos fieri Latinos jubet, quos dominus liberos eſſe voluit. hoc cum ita ſeſe habeat, debet voluntatem manumittentis

---

προαίρεσιν ἐλευθεροῦντος ἔχειν. vertitur: *debent promiſſum manumittentes habere; unde ſi per vim dominus coactus.* Rationem emendandi oculis nunc ſubjectam vides; literula igitur mutata in Graecis lege: ὀφείλουσιν προαίρεσιν ἐλευθεροῦντες ἔχειν, *debent voluntatem habere manumittentes.* nam ita loquitur Scholiaſt. Baſilicῶn ad *L.* 17. *pr. D. qui & a quib. manumiſ.* tom. VI. pag. 453. εἰ μὴ ἄρα προαίρεσιν ἔχων τοῦ ἐλευθερῶσαι αὐτὸν, εἶπεν αὐτὸν ἐλεύθερον εἶναι. *Si non habens voluntatem manumittendi, eum liberum eſſe dixerit.* προαίρεσις minus recte in Scal. vertitur *promiſſum*, ſuprascriptum autem eſt *permiſſum*; confunditur *permiſſum* & *promiſſum* §. 3. *Inſt. de exheredat. liberor. Permittit eis Praetor contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem* ubi Cujacius volebat, *promittit*, non male quidem; obſervandum tamen, eadem iterum confundi §. 10. *de Gradib. Cognat.* & §. 7. *de Bonor. poſſ.* in prima Editione & in aliis antiquitus editis. Recte autem dixit Doſitheus, *debent voluntatem manumittentes habere*, nam & Jure novo requirit Juſtinianus: ut, ſi quis inter amicos libertatem dare ſervo ſuo maluerit: quinque teſtibus

 ad-

ἔχειν ὁ δεσπότης· ὅθεν [1] εἰ κατὰ βίαν ἀναγκασθεὶς, λόγου χάριν [2] ὑπό τινος δήμου, ἢ ἀφ' ἑνὸς ἑκάστου ἀνθρώπων ἐλευθερώσῃ, οὐκ ἐλεύσεται ὁ δοῦλος πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἐπεὶ οὐ νοεῖται ἠθεληκέναι, ὁ ἀναγκασθεὶς [3] ἐλευθερῶσαι.

10. Ὁμοίως ἵνα δυνηθῇ ἔχειν ὁ δοῦλος τὴν ἐλευθερίαν, τοιοῦτος εἶναι ὀφείλει, [4] ἵνα ὁ Πραίτωρ αὐτοῦ, εἴτε Ἀνθύπατος ἐλευθερίαν συντηρῇ, καὶ γὰρ τοῦτο νόμῳ Ἰουνίῳ ἠσφάλισται· εἰσὶν μέντοι πλείονες αἰτίαι, ἐν αἷς οὐ φυλάξει ὁ Ἀνθύπατος τὴν ἐλευθερίαν, περὶ ὧν προβαίνοντες ἐπιδείξομεν.

11.

adhibitis, *ſuam explanet voluntatem. L. unic. §. 2. C. de Latin. libert. toll.* Sequitur: ὁ δεσπότης· ὅθεν εἰ κατὰ βίαν ἀναγκασθεὶς, quae iterum poſſunt emendari ex verſione Apographi Scaligerani, hac ratione: ὅθεν εἰ ὁ δεσπότης κατὰ βίαν ἀναγκασθεὶς. aut, ὅθεν εἰ κατὰ βίαν ὁ δεσπότης ἀναγκασθεὶς. Recte nunc omnia procedunt, *debent manumittentes voluntatem habere, unde ſi per vim dominus coactus &c.* lectio igitur longe praeſtantior emergit, quam quae in Voſſiano Cod. exſtabat.

1 Εἰ.] Scal. Voſſ. ἐνθ.

2 Ὑπό τινος δήμου, ἢ ἀφ' ἑνὸς ἑκάστου ἀνθρώπων.] Locum inſignem ita diſerte repraeſentat MS. Voſſ. Apo-

tis habere dominus: unde ſi per vim coactus, verbi gratia, ab aliquo populo, vel a ſingulis hominibus, manumiſerit, non veniet ſervus ad libertatem; quia non intelligitur voluiſſe, qui coactus manumiſerit.

10. Similiter ut poſſit habere ſervus libertatem, talis eſſe debet, ut Praetor ejus, vel Proconſul libertatem tueatur, & hoc lege Junia cautum eſt. Sunt enim plures cauſae, in quibus Proconſul libertatem non tuebitur, de quibus procedentes oſtendemus.

11.

Apographum autem Scaligeri vitioſe ὑπό τινος, ἢ ὑπό τινος ἑκάστου ἀνθρώπων exhibuit.

3 Ἐλευθερώσῃ.] Scal. deeſt in Voſſ.

4 Ἵνα ὁ Πραίτωρ αὐτοῦ, εἴτε Ἀνθύπατος ἐλευθερίαν συντηρῇ.] Vocula αὐτοῦ haud propria ſede conlocata videtur, quid ſi ita legamus? *ἵνα ὁ Πραίτωρ, εἴτε Ἀνθύπατος ἐλευθερίαν αὐτοῦ συντηρῇ, ut Praetor, vel Proconſul libertatem ejus tueatur*, ſenſu apto & commodo. Hic autem juvat Plinii locum inſignem adſcribere lib. VII. Epiſt. 32. *Quod vero ſcribis, oblata occaſione Proconſulis, plurimos manumiſſos, unice laetor. cupio enim patriam noſtram omnibus quidem rebus*

11. Ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνον παρατηρητέον, [1] ἵνα ὁ ἠλευθερωμένος ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν ἐλευθεροῦντος, καὶ διὰ τούτου εἰ τοσοῦτον ἐκ δικαίου πολιτικοῦ ᾖ ἐλευθεροῦντος, οὐκ ἔσται Λατῖνος· ἀνάγκη ἐστὶν οὖν, δοῦλον οὐ μόνον ἐκ δικαίου πολιτικοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν εἶναι.

12. [2] Κοινὸς δοῦλος εἰ ὑπὸ ἑνὸς γένηται ἐλευθε-

---

bus augeri, maxime tamen civium numero. id enim oppidis firmiſſimum ornamentum.

1 Ἵνα ὁ ἠλευθερωμένος ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν ἐλευθεροῦντος, καὶ διὰ τούτου εἰ τοσοῦτον ἐκ δικαίου πολιτικοῦ ᾖ ἐλευθεροῦντος, οὐκ ἔσται λατῖνος· ἀνάγκη ἐστὶν οὖν, δοῦλον οὐ μόνον ἐκ δικαίου πολιτικοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν εἶναι.] Verba admodum confuſa hoc pacto in ordinem redigenda exiſtimo. Ἵνα ὁ ἠλευθερωμένος ἐκ δικαίου πολιτικοῦ ᾖ ἐλευθεροῦντος, καὶ διὰ τούτου εἰ τοσοῦτον ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν ᾖ ἐλευθεροῦντος, ἔσται Λατῖνος· ἀνάγκη ἐστὶν οὖν, δοῦλον οὐ μόνον ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐκ δικαίου πολιτικοῦ εἶναι. verte: *Ut manumiſſus ex jure Quiritium ſit manumittentis, & ideo, ſi tantum in bonis eſt manumitttentis, erit Latinus; neceſſe igitur eſt, ut ſervus non tantum in bonis ſit, ſed & ex Jure Quiritium.* Optima ratione nunc ſibi conſtat Ulpianus, nam ita loquitur in fragmentis Tit. 1. §. 16. *Qui tantum in bonis, non etiam ex jure Quiritium ſervum habet, manumittendo Latinum facit.* nec omittenda, quae infra in hoc libello exſtant, his verbis: ἀλλὰ ὀφείλει οὗτος ὁ δοῦλος ἐκ δικαίου κυ-

11. Sed & illud eſt obſervandum, ut manumiſſus in bonis manumittentis, & ideo ſi tantum ex jure Quiritium ſit manumittentis, non erit Latinus: neceſſe eſt ergo, ſervum non tantum ex jure Quiritium ſed etiam in bonis eſſe.

12. Servus communis, ſi ab uno manu-

κυρίας ἐλεύθερον εἶναι recte vertitur: *ſed debet hic ſervus ex Jure Quiritium manumittentis eſſe*, corruptum procul dubio eſt ἐκ δικαίου κυρίας, in margin. Codicis Scaligeri, in quo ſolo haec verba habentur, legitur ἐκ δικαιοκυρίας; quod non probo: mallem ἐκ δικαίου κυρίτων, vel κυϊριτῶν. *ex jure Quiritium*, conf. Theophil. ad §. *ult. Inſt. de libert.* Inperator Juſtinianus dominii diſcrimen non requirit: *omnes* enim *libertos nullo nec aetatis manumiſſi, nec domini manumiſſoris, nec in manumiſſionis modo diſcrimine habito, civitate Romana decoravit. d.* §. 4. Lubens ibi cum Antonio Auguſtino Emend. III. 7. & de Legib. pag. 91. lego, *nec dominii manumiſſoris*, inprobante licet Cujacio not. ad *d.* §. Hanc mutationem etiam amplectitur Eguinar. Baro, & res ipſa poſtulat, rectius enim erit, ut hic dicatur *dominium* bonitarium & quiritarium.

2 Κοινὸς δοῦλος εἰ ὑπὸ ἑνὸς γένηται ἐλεύθερος κ. τ. λ.] Hic conferendus Ulpianus Frag. I. §. 18. Optime quoque Paulus Sent. IV. 12. §. 1. *Servum communem*

unus

θερος, ὅτε ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν ἔρχεται, καὶ τοῦ ἑτέρου δεσπότου ὅλος γίνεται δοῦλος, νόμου αὐξομένου· [1] ἀλλὰ μεταξὺ φίλων δοῦλος ἀπὸ ἑνὸς ἀπὸ κοινωνῶν ἐλευθερωθεὶς, ἑκατέρω κυριεύουσιν, δοῦλος μένει· δίκαιον γὰρ, οὐ προσαύξεσθαι ἐν ταύτῃ τῇ ἐλευθερίᾳ ἐν ᾗ στρέφεται, [2] εἰ καὶ Πρόκουλος δοκιμάσῃ προσαύξειν μετὰ κοινωνῶν, [3] οὐ τῇ γνώμῃ χρώμεθα.

13. Κυριώτατος τοῦτον τὸν δοῦλον, οὗ ἡ χρῆσις καὶ ὁ καρπὸς πρὸς ἄλλον ἀνῆκεν, οὐ δύναται ἐκ προσαγωγῆς ἐλευθερῶσαι, ἐπισκοτούσης χρήσεως καὶ καρποῦ, καὶ εἰ ἐλευθερώσῃ τοῦτον ἐκ προσαγωγῆς, ποιήσει δοῦλον ἄνευ δεσπότου, † [4] ἀλλὰ Λατῖνον †.

14.

---

unus ex dominis manumittendo Latinum facere non poteſt, nec magis, quam civem Romanum: cujus portio eo caſu, quo, ſi proprius eſſet, ad civitatem Romanam perveniret, ſocio adcreſcit. Interpretatio Aniani ab editis diverſa in duobus vetuſtis Codicibus haec eſt: *ſi aliquis ſervum communem ad integrum manumiſerit, portionem ſuam perdit, & alteri domino ex integro adquiritur.* minus adcurate, ut ſolet Anianus.

1 Ἀλλὰ μεταξὺ — ἐλευθερωθεὶς — δοῦλος μένει.] Videtur legendum: ἀλλ' εἰ μ. — ἐλευθεροῦται — καὶ δοῦλος μένει.

2 Εἰ καὶ Πρόκουλος.] Diſcimus igitur ex hoc fragmento diverſum tenuiſſe Proculianos, qui exiſtimarent, jus adcreſcendi locum habere, licet inter ami-

mi-

numittitur, neque ad libertatem pervenit, & alterius domini totus fit ſervus, jure adcreſcendi: ſed inter amicos ſervus ab uno ex ſociis manumiſſus, utrique dominabuntur, ſervus manebit: juſtum enim, non adcreſcere in hac manumiſſione, in qua vertitur, etſi Proculus exiſtimaverit adcreſcere inter ſocios, non ea ſententia utimur.

13. Proprietarius eum ſervum, cujus uſusfructus ad alium pertinet, non poteſt vindicta manumittere, obſtante uſufructu: & ſi eum manumiſerit vindicta, faciet ſervum ſine domino, † ſed Latinum †.

14.

micos ſervus eſſet manumiſſus; apud Paulum ea de re eſt altum ſilentium. Veteres tamen diſſenſiſſe ſatis indicat Ulpianus *d. l. nam ſi inter amicos eum manumiſerit*, pleriſque *placet eum nihil egiſſe*. & ita quidem dubium amovet Doſitheus.

3 Οὐ τῇ γνώμῃ.] Forte οὐ ταύτῃ τῇ γνώμῃ.

4 Ἀλλὰ Λατῖνον.] Ita Scal. deeſt in Voſſ. Haec ad ſuperiora non pertinere facile vidit Pithoeus; addit: *nam tantum abeſt, ut ille ſervus ſine domino Latinus ſit, ut contra vivat quodammodo ſervus, quamdiu quidem durat uſusfructus, moriatur vero ut liber.* aliud hic ſubeſſe exiſtimo, nec fruſtra addit Doſitheus, ἐκ προσαγωγῆς, *ſi proprietarius ſervum, cujus*

14. Ξένος ἐλευθερῶν δοῦλον οὐ δύναται [1] πρὸς Λατῖνον ἄγειν· ἐπειδὴ ὁ νόμος Ἰούνιος, ὃς [2] τῶν Λατίνων γένος εἰσήγαγεν, οὐκ ἀνῆκεν [3] πρὸς ἕλληνας ἐλευθεροῦντας, καθὼς καὶ [4] Ὀκταβιανὸς δοκιμάζει. [5] Ὁ Πραίτωρ οὐ μὴ ἐάσει τὸν ἐλευθερωθέντα δουλεύειν, εἰ μὴ ἄλλως νόμῳ [6] ἑλλήνων χειρογραφηθῇ.

15. [7] Νεώτερος εἴκοσι ἐτῶν ἐλευθερῶσαι οὔτε ἐκ προσαγωγῆς δύναται, οὔτε διαθήκῃ [8] οὐδὲ ἄρα γὰρ Λατῖνον ποιῆσαι δύναται· τοσοῦτον. γὰρ ἐπὶ συμβουλίῳ δύναται ἐλευθερῶσαι δοῦλον ἴδιον, αἰτίας δοκιμασθείσης.

16.

---

uſusfructus ad alium pertinet, ex vindicta manumiſerit, ſervum fieri ſine domino; puto igitur, ſi dominus *inter amicos* eum manumiſiſſet, manumittendo nihil egiſſe, ut de ſervo communi habuimus §. *praeced.* Erat forte in Graecis ἀλλὰ εἰ Λατῖνον ποιήσῃ, δοῦλος μένει. *ſi eum Latinum fecerit*, ſeu inter amicos manumiſerit, *ſervus manebit.* non inprobabile hoc videtur. Ulpianus ſimpliciter tradit, Tit. I. §. 19. *Servus, in quo alterius eſt uſusfructus, alterius proprietas, a proprietatis domino manumiſſus, liber non fit, ſed ſervus ſine domino.*

1 Πρὸς Λατῖνον ἄγειν.] Scal. ῥωμαϊκὸν ποιῆσαι. dixi ad §. 5.

2 Τῶν Λατίνων.] Scal. τῶν Ῥωμαϊκῶν.

3 Πρὸς ἕλληνας ἐλευθεροῦντας.] Scal. πρὸς ξένους.

4 Ὀκ-

14. Peregrinus manumittens ſervum non poteſt Latinum facere: quoniam Lex Junia, quae Latinorum genus introduxit, non pertinet ad peregrinos manumiſſores, ſicut & Octavianus probat. Praetor non permittet manumiſſum ſervire, niſi aliter lege peregrina caveatur.

15. Minor viginti annorum manumittere non poteſt nec vindicta, nec teſtamento; itaque nec Latinum facere poteſt: tantum enim apud Conſilium manumittere poteſt ſervum ſuum, cauſa probata.

16.

4 Ὀκταβιανός.] Scal. Ὀκταουιανός Pithoeus legit *Octavenus.*

5 Ὁ Πραίτωρ οὐ μὴ ἐάσει.] Pithoeus conjicit: *at Praetor.* recte: poſſet in Graecis legi, ὁ δὲ πραίτωρ. In Voſſ. legitur ὁ Πραίτωρ οὐ μὴ ἀφήσει.

6 Ἑλλιώνων χειρογραφηθῇ] Ἑλλιώνων. ita Codices noſtri. Inepta eſt conjectura S. Petiti qui pro Ἑλλιώνων repoſuit Αἰλίου καὶ νέων. at ſatis eum refutavit Cl. Schultingius. In Scal. pro χειρογραφηθῇ legitur στερέω ἐγεγόνει. in margine exſtat στερεὸν ἐγεγόνει. l. γέγονε.

7 Νεώτερος.] peſſima eſt lectio Voſſiani Cod. μεῖζω (pro μείζων) εἴκοσι ἐτῶν.

8 Οὐδὲ ἄρα γε Λατῖνον.] Vertitur *itaque nec Latinum*, melius: *ſed neque Lat.* Voſſ. τοιγαροῦν οὐδὲ Λατῖνον.

16. Οὗτος δὲ ὁ ἐλευθεροῦται [1] εἰς φίλους, ὅσων ἂν εἴη ἐτῶν, Λατῖνος γίνεται· καὶ μόνον αὐτοῖς [2] τούτῳ προσχωρεῖ ἐλευθερία, ἵνα μεταξὺ πάλιν δυνηθῇ ἐκ προσαγωγῆς ἢ διαθήκῃ ἐλευθερωθῆναι, καὶ πολίτης ῥωμαῖος γίνεσθαι.

17. Γυνὴ χωρὶς ἐπιτρόπου αὐθεντίας, † [3] ἐκτὸς εἰ μὴ δίκαιον τέκνων ἔχοι. [4] τότε γὰρ ἐκ προσαγωγῆς χωρὶς ἐπιτρόπου δύναται ἐλευθερῶσαι· ἔθει εἰ ἡ γυνὴ ἀποῦσα ἐλεύθερον εἶναι κελεύσῃ,

---

1 εἰς φίλους.] Illud omittit Apographum Scaligeri; nec eſt in editis, quod in cauſa fuit, ut viri ſagaciſſimi hujus paragraphi ſenſum haud viderent, qui nunc plenus & perſpicuus eſt, nec vere conjecerat Schultingius, hic mentionem factam fuiſſe ejus, quod habet Ulpianus Tit. I. §. 12. vel 16.

2 Τούτῳ.] Verte cum Pithoeo: *ad hoc*.

3 Ἐκτὸς.] Recte viderunt Viri docti excidiſſe haec verba: *manumittere non poteſt*, vel, *libertatem dare non poteſt*. in Graecis: οὐ δύναται ἐλευθερῶσαι.

4 Τότε γὰρ ἐκ προσαγωγῆς.] *Tunc enim ex vindicta.* Ita MSti mei. Malebat Schulting. *tunc enim & vindicta.* hoc ſenſu: *quod non tantum inter amicos manumittere poſſit, verum etiam vindicta.* non male. Mulier, quae jus trium liberorum non habebat, manumittere non potuit ſine tutoris auctoritate, adeoque nec vindicta, nec inter amicos. Ulpianus Frag.

I.

16. Is autem, qui manumittitur inter amicos, quotcumque ſit annorum, Latinus fit: & ſolum ei hoc prodeſt libertas, ut poſtea iterum poſſit ex vindicta vel teſtamento manumitti, & civis Romanus fieri.

17. Mulier ſine tutoris auctoritate † niſi jus liberorum habeat, tunc enim ex vindicta ſine tutore poteſt manumittere. unde ſi mulier abſens liberum eſſe juſſerit,

---

I. 17. *mulier, quae in tutela eſt, item pupillus & pupilla manumittere non poſſunt.* Quae vero jus liberorum habebant, omnia agere ſine tutoris auctoritate poterant. Eruditis exploratum eſt, cur ſine tutore vindicta manumittere haud potuerint mulieres. Conſiderandum, manumiſſionem eſſe negotium civile, & tutoris auctoritatem mulieribus fuiſſe neceſſariam in his rebus, ſi lege, aut legitimo judicio agant, ſi civile negotium gerant, ſi rem mancipi alienent. Ita Ulpianus in aureo Fragmentorum libello Tit. XI. §. 27. Tutor enim bona adminiſtrabat, nec bonorum diminutio mulieri erat conceſſa. Non erit intempeſtivum, ſi egregium Livii locum adducam, Lib. XXXIX. cap. 19. ubi Senatuſconſulto foeminae Hiſpalae Feceniae, cujus opera Sacra Bacchanalia indicata erant, ſequentia conceduntur: *Utique Feceniae Hiſpalae datio, diminutio, gentis*

σῃ, ἥτις δίκαιον τέκνων μὴ ἔχοι, [1] ἐζήτηται τοῦ-
το, εἰ, ἐπιτρόπου αὐτῆς αὐθεντίαν ἐπιχωροῦντος
τούτῳ τῷ χρόνῳ, ᾧ ἡ ἐπιστολὴ γράφεται δού-
λῳ ἀπὸ τῆς δεσποίνης, † Ἰουλιανὸς ἀρνεῖται·
ὑπολαμβάνει γὰρ τούτῳ τῷ χρόνῳ ὀφείλειν αὐ-
θεντίαν παρέχεσθαι, ἐν ᾧ ἀπαρτίζεται ἡ ἐλευ-
θερία· τότε γὰρ ἀπαρτίζεσθαι νοεῖται, ὅτε ὁ δοῦ-
λος ἐπίγνοι τῆς δεσποίνης τὴν θέλησιν· ἀλ-
λὰ

---

tis enuptio, *tutoris optio item eſſet*, *quaſi ei vir teſtamento dediſſet &c. Diminutio* ibi *eſt libera bonorum alienatio. minuere* ſaepius idem quod *alienare*, ut notum. conf. Apulejum Apolog. pag. 348. *Quia mihi Fortuna divitias invidit : eaſque*, *ut ferme evenit*, *aut tutor imminuit*, *aut inimicus eripuit*, *aut pater non reliquit.* & pag. 350. *patrimonium longa peregrinatione*, *& diutinis ſtudiis*, *& crebris liberalitatibus modice imminutum.* Quid ſit *gentis enuptio* nemo ignorat, cui Livius curae eſt. illud ipſum in initio libri quarti luculenter explicatur, ubi ad Cap. IV. ad verba *nec ducendo ex plebe*, *neque veſtras filias ſororeſque enubere ſinendo e Patribus ?* conſuli poſſunt Eruditi Commentatores, & addi debet hoc Senatuſconſultum, ex quo egregia multa veteris Juriſprudentiae lucem accipiunt.

1 *Ἐζήτηται τοῦτο, εἰ, ἐπιτρόπου αὐτῆς αὐθεντίαν ἐπιχωροῦντος τούτῳ τῷ χρόνῳ, ᾧ ἡ ἐπιστολὴ γράφεται δούλῳ ἀπὸ τῆς δεσποίνης.*] Ita exhibent Codices MSti. Verſio, quam

rit, quae jus liberorum non habeat, quaeſitum eſt hoc, an, tutoris ejus auctoritatem praeſtantis eo tempore, quo epiſtola ſcribitur ſervo a domina, † Julianus negat: exiſtimat enim, eo tempore debere auctoritatem praeſtare, quo peragitur libertas: tunc enim peragi intelligitur, quando ſervus cognoverit dominae voluntatem.

Sed

---

quam repraeſentavi, eſt in MS. Voſſiano. vides religionem Grammatici, qui ne tantillum quidem a Graeco contextu auſus eſt recedere. Scaliger exhibet: *quaeſitum eſt, ſi tutores ejus auctoritatem commodent eo tempore, quo epiſtola ſcribitur ſervo a domina*, nec aliter edidit Pithoeus, quod ineptum: quid enim *tutores?* loquitur Juriſconſultus tantum de uno tutore, nec convenit cum Graecis. Locus mihi emendandus videtur ad hanc normam: Ἐζήτηται τοῦτο, εἰ, ἐπιτρέποντος αὐτῇ αὐθεντίαν ἐπιχωροῦντος τούτῳ τῷ χρόνῳ, ᾧ ἡ ἐπιστολὴ γράφεται δούλῳ ἀπὸ τῆς δεσποίνης, ἡ ἐλευθερία δούλῳ συναπτεῖ. vel, ἡ ἐλευθερία ἠλευθερωμένῳ παραγίνεται. Verte: *hoc quaeſitum eſt, an, tutore ei auctoritatem praeſtante eo tempore, quo epiſtola ſcribitur ſervo a domina, libertas ſervo* (vel *manumiſſo*) *competat.* Margo Scaligerani Codicis legit ἐπιτρέποντος αὐτῇ αὐθεντίαν ἐπιχωροῦντος. Quod recepi. Sequentia notaverat Scaliger: *Auctoritas enim tutoris in hac re requiritur, non juſſus; de qua re vide L. 25. §. 4. D. de adq. vel omitt. heredit.*

E Nu-

λὰ [1] Νηράτιος Πρίσκος δοκιμάζει ἐλευθερίαν δύλῳ [2] συναιτεῖν, ἄρχεσθαι γὰρ, ὁπότε ἡ ἐπιστολὴ γράφεται, παραλαμβάνεσθαι αὐθεντίαν ἐπιτρόπου, ἡ ἡ γνώμη τῷ διατάξει αὐτοκρατορικῇ ἰσχυροπεποίηται.

18. [3] Δῦλον ἐν ὑποθήκῃ διδόμενον πολίτην ῥωμαῖον ποιῆσαι ὀφειλέτης ὐ δύναται, ἐκτὸς εἰ μὴ πρὸς ἀπόδοσιν ᾖ· ἐπισκοπεῖ γὰρ τῇ ἐλευθερίᾳ νόμος Αἴλιος Σέντιος, [4] ὃς κωλύει δῦλον δανει-

---

1 Νηράτιος Πρίσκος.] Diſerte legitur in Voſſ. & recte. in Scalig. Νηράτιος Πρόκλος, & ita edidit Pithoeus, qui tamen vitioſam lectionem bene correxit.

2 Συναιτεῖν.] Scal. παραγίνεσθαι.

3 Δῦλον ἐν ὑποθήκῃ διδόμενον πολίτην ῥωμαῖον ποιῆσαι ὀφειλέτης ὐ δύναται, ἐκτὸς εἰ μὴ πρὸς ἀπόδοσιν ᾖ.] Voſſ. exhibet: εἰ δῦλον. Quod tamen non agnoſcit Apographum Scaligeri, nec Latina verſio; quare delendum videtur, utpote ex praecedenti ſyllaba male repetitum. pro εἰς ὑποθήκην. Voſſianus Codex ἐν ὑποθήκῃ legit, idem quoque ſequentia ἐκτὸς εἰ μὴ πρὸς ἀπόδοσιν ᾖ recte exhibet. Nam Scalig. habet ἐκτὸς εἰ μὴ ὐ, quod etiam in MS. Pithoei fuit. merito tamen corrigitur: *niſi ſi ſolvendo ſit.* In margine Codicis ſui ſequentia notaverat Joſephus Scalig. *Ulpian. l.* 24. *§. ſi quis ſervo, D. de fideicom. Libert. Paul. l.* 3. *D. de manumiſſ.* Putabat Pithoeus *L.* 3. *D. de manumiſſ.* Ulpiani ſententiae poſſe obmoveri. ſed legem illam de ſervo ſpecialiter obligato, accipiendam, dudum eſt, quod obſervarint Viri docti, nec obſcure illud colligitur ex *L.* 29. *D. qui & a quib. manumiſſ.* de ea re ſatis egit Schultingius, & ante eum Alii; addi tantum velim Scolia Ba-

Sed Neratius Priſcus probat, libertatem ſervo competere: ſufficere enim quando epiſtola ſcribitur, adhiberi auctoritatem tùtoris: cujus ſententia & conſtitutione Imperatoria confirmata eſt.

18. Servum pignori datum civem Romanum facere debitor non poteſt, niſi ſi ſolvendo ſit: obſtat enim libertati Lex Aelia Sentia, quae vetat ſervum creditorum

---

Baſilic. ad *d. L.* 29. *pr. D. qui & a quibus manumiſſ.* tom. VI. pag. 456. & ad *L.* 3. *C. de ſerv. pign. dat. manumiſſ.* pag. 524. Caeterum de Lege Aelia Sentiâ conferri meretur Cajus *Inſt. Lib.* I. *T.* I. §. 5. ad quem locum Interpretatio Aniani hodie in editis non exſtat, eam reperi in duobus Antiquiſſ. MSS. & juvat hic referre: *Debitor fruſtra ſervum manumittere praeſumitur, niſi creditoribus res a ſe debitas ante reddiderit.*

4 Ὃς κωλύει δοῦλον δανειστῶν ἕνεκα ἐλευθερωμένον πολίτην ῥωμαῖον γενέσθαι, † ἀλλὰ Λατῖνον.] Scaligeri Apographum habet: ἀλλὰ Ῥωμαϊκόν. Agnoſcit etiam haec verba in utroque Codice Latina verſio. Facile vidit Cl. Schultingius ea cum praecedentibus haud poſſe connecti. Cum Latinorum conditio poſt Legem Aeliam Sentiam demum inventa fuerit; quod novimus omnes. Non dubito autem, ut quod ſentio, proferam, quin Magiſter Ulpianum hic iterum interpretetur, & ſcripſerit: ἀλλὰ οὐδὲ Λατῖνος γίνεται ὁ ἐλευθερωμένος. *Sed nec Latinus fit manumiſſus.* Haec, aut ſimilia, opinor adjeciſſe Doſitheum. Pro δανειστῶν ἕνεκα, Voſſ. exhibet πεπιστευκότων χάριν. vertitur quoque: *creditorum cauſa.*

 In

νησῶν ἕνεκα ἠλευθερωμένον πολίτην Ῥωμαῖον γενέσθαι, † ἀλλὰ Λατῖνον.

19. Καὶ ὃς ἂν ἀποτιμήσηται ἐλευθεροῦται, εἰ λʹ ἔτη ἔχοι, πολιτείαν Ῥωμαίων κτᾶται· ἀποτίμησις δὲ ἐπὶ Ῥώμης ἄγεσθαι εἴωθεν. ἡ ἀποτίμησις καθαρμῷ κτίζεται· [1] ἐστὶν δὲ ὁ καθαρμὸς πενταετηρικὸς χρόνος, ᾧ Ῥώμη καθαίρεται· [2] ἀλλὰ ὀφείλει οὗτος ὁ δοῦλος ἐκ δικαίου πολιτικοῦ ἐλευθεροῦντος εἶναι, ἵνα πολίτης Ῥωμαῖος γίνεσθαι δυνηθῇ· Μεγάλη μέντοι ἀμφισβήτησίς ἐστιν ἐν τοῖς ἐμπείροις, πότερον τούτῳ τῷ χρόνῳ δυνάμεις λαμβάνουσιν ἅπαντα, [3] ἐν ᾧ ἡ ἀποτίμησις,

ἢ

In Apographo Scaligeri ſupraſcriptae ſunt notae: F. C. quod Pithoeus explicat: *fraudandorum creditorum cauſa.* Dubito, an hodie in Notis Pauli Diaconi recte legatur: F. CD. *Fraude credentes.* forte olim erat: F. C. C. *fraudandorum creditorum cauſa.* Plura ſunt apud Diaconum, quae male explicantur.

1 Ἐστὶν δὲ ὁ καθαρμὸς πενταετηρικὸς χρόνος, ᾧ Ῥώμη καθαίρεται] Gemina plane ſunt quae Iſidorus exhibet, Libro V. Orig. cap. 37. *Eſt enim quinquennale tempus* (Luſtrum) *Ideo vero ſic vocatur: eo quod cenſu per quinquennium in Republica peracto, urbs Roma luſtrabatur.* Varro quoque *de Ling. Latin. lib.* V. *pag.* 46. Ed. Scal. *Luſtrum nominatum* (l. nominatur) *quinquennale tempus.* Erudita ſunt quae de Luſtro tradidit Rualdus in vita Plutarchi *pag.* 30. & 104. *Edit. Pariſ.*

2 Ἀλλὰ ὀφείλει οὗτος ὁ δοῦλος. κ. τ. λ.] Non intempeſtive

hoc

rum cauſa manumiſſum civem Romanum fieri, † ſed Latinum.

19. Et qui in cenſu manumittitur, ſi triginta annos habeat, civitate Romana potitur. Cenſus autem Romae agi ſolet. Cenſus luſtro conditur: eſt autem luſtrum quinquennale tempus, quo Roma luſtratur: ſed debet hic ſervus ex Jure Quiritium manumittentis eſſe, ut civis Romanus fieri poſſit. Magna tamen diſſenſio eſt inter prudentes, utrum eo tempore vires accipiant omnia, in quo cenſus, an

---

hoc adjicitur, & vidimus infra requiri, ut ſervus ex Jure Quiritium ſit manumittentis, ut Civis Romanus fieri poſſit. Idem hic requiritur: ſervus enim, qui tantum in bonis manumittentis erat, cenſu haud potuit liberari. idem de eo qui teſtamento liber eſſe juſſus eſt tradidit Ulpianus Frag. Tit. I. §. 23. Sequitur ἐκ δικαίου πολιτικοῦ. Ita Voſſ. Scal. ἐκ δικαίου κυρίας: in margine vero δικαιοκυρίας. legendum eſt, ἐκ δικαίου κυριτῶν. ut ad §. 11. notavi. In Gloſſ. Nomic. Ἐξιοῦρε κυριτίουμ. δεσπότης ἔννομος ἐκ τοῦ νόμου τῶν κυρίων, ἤτοι ῥωμαίων. Briſſonius ibi corrigit κυριτῶν, & ita Schultingius. poſſet etiam emendari κυρίτων. Sic enim Graeci hanc vocem efferunt. Plutarchus in vita Romuli *pag.* 30. Κυρίτας δὲ Ῥωμαίους ἅπαντας ἐπὶ τῇ Τατίου πατρίδι. & *pag.* 36. τὴν δὲ γενομένην ἐπωνυμίαν τῷ Ῥωμύλῳ τὸ Κυρῖνον. & alibi.

3 Ἐν ᾧ ἡ ἀποτίμησις.] Salmaſius citat: ἐν ᾧ ἡ ἀποτίμησις ἄγεται, & ita locus poſſet ſuppleri.

ἢ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ καθαρμὸς κτίζεται. Εἰσὶν γὰρ οἱ ὑπολαμβάνοντες, μὴ ἄλλως [1] δυνάμεις λαμβάνειν τὰ πρασσόμενα ἐν τῇ ἀποτιμήσει, ἐὰν μὴ αὕτη ἡμέρᾳ ἀκολουθήσῃ, [2] ὅτε ὁ καθαρμὸς κτίζεται· ὑπολαμβάνουσιν γὰρ, ἀποτίμησιν καταβαίνειν ἐπὶ τὴν ἡμέραν τοῦ καθαρμοῦ, οὐχὶ τὸν καθαρμὸν κατατρέχειν ἐπὶ τὴν ἡμέραν τῆς ἐπιτιμήσεως· ὃ διὰ τοῦτο ἐζήτηται, ἐπειδὴ πάντα [3] τῇ ἀποτιμήσει πράσσονται, τῷ καθαρμῷ ἰσχυροποιοῦνται· ἀλλὰ ἐν τῇ πόλει Ῥωμαίων μόνον ἀποτίμησιν ἄγεσθαι δεδήλωται, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις μᾶλλον [4] ἀπογραφαῖς χρῶνται.

ΤΕΛΟΣ.

---

1 Δυνάμεις.] Ita MSti. Salmaſius produxit δυνάμιν.

2 Ὅτε.] Voſſ. deeſt in Scalig. Salmaſius citat: ὧν ἡ.

3 Τῇ ἀποτιμήσει.] Salmaſius citat: ἐν τῇ ἀποτιμήσει. lege: ἃ ἐν τῇ ἀποτιμήσει.

4 Ἀπογραφαῖς χρῶνται.] Baſilici in *L.* 3. *D. de Cenſ. tom.* VI. *p.* 707. ἐν τῷ κήνσῳ, δεῖ καὶ τὰς ἡλικίας ἀπογράφεσθαι τὰς ἐν καιρῷ τῆς ἀπογραφῆς. Ultima verba verte: *quae tempore profeſſionis fuerunt*, & hoc quidem rectius, quam quod editur: *tempore deſcriptionis*. Gloſſae: *profiteor*. ἀπογράφομαι τὰ ἴδια. Theophilus ad §. *ult. Inſt. de Libert.* κῆνσος ἦν σανὶς ἤτοι χάρτης, ἔνθα Ῥωμαῖοι ἀπεγράφοντο τὰς οἰκείας περιουσίας. Nec omitti debet Plutarchus in Vit. Pauli Aemilii *pag.* 275. *Edit. Pariſienſ.* Ubi officium Cenſoris recenſens καὶ τῶν οὐσιῶν (inquit) ἔτι τὰ τιμήματα καὶ τὰς ἀπογραφὰς ἐπισκοποῦσιν, qui locus elegans omnino: ſed

pro

an in eo tempore, in quo luſtrum conditur. Sunt enim qui exiſtimant, non alias vires accipere, quae aguntur in cenſu, niſi haec dies ſequatur, qua luſtrum conditur: exiſtimant enim, cenſum deſcendere ad diem luſtri, non luſtrum decurrere ad diem cenſus; quod ideo quaeſitum eſt, quoniam omnia, quae in cenſu aguntur, luſtro confirmantur: ſed in civitate Romana tantum cenſum agi notum eſt: in provinciis autem magis profeſſionibus utuntur.

F I N I S.

---

pro τὰς ἐπιγραφὰς, non dubito, quin mecum legeris τὰς ἀπογραφάς. Memini quoque me apud Dionyſium Halicarnaſſ. legere, Servium Tullium inſtituiſſe ἅπαντας Ῥωμαίους ἀπογράφεσθαί τε καὶ τιμᾶσθαι τὰς οὐσίας. hinc in Gloſſ. Nomicis. Κῆνσος, ἡ ἐξέτασις τοῦ ῥωμαϊκοῦ πλήθους. Hunc morem adludens inquit Apulejus Apolog. *pag.* 349. *ne quid tu rerum mearum neſcias, ſi tamen neſcis, profiteor mihi ac fratri meo relictum a patre HS. vicies, paulo ſecus.* Conſuli praecipue meretur Cicero in Conmentario *de Legib. lib.* III. *cap.* 19. *deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, aevitatibus*, ita legendum, non *aetatibus*. Idem video Victorio fuiſſe obſervatum: accedat igitur ipſius Ciceronis auctoritas, *Lib.* III. *cap.* 3. *Cenſores populi aevitates, ſoboles, familias, pecuniaſque cenſento.* Nam & in duodecim Tabulis: SI MORBUS AEVITASVE VITIUM ESCIT.

MATTHIAE RÖVER

SPECIMEN

OBSERVATIONUM

ET

EMENDATIONUM

AD

GLOSSAS VETERES

VERBORUM JURIS.

MATTHIAE RÖVER SPECIMEN OBSERVATIONUM ET EMENDATIONUM AD GLOSSAS VETERES VERBORUM JURIS.

Caput I.

Origo Gloſſarum Nomicarum. Refellitur opinio Caroli Hannibalis Fabrotti.

Difficillima fuit Graecis Juriſconſultis Romanarum Legum interpretatio; Ipſe fatetur Herennius Modeſtinus in *L.* 1. §. 1. *D. de Excuſat. Tutor.* verba Modeſtini: ἀφηγούμενος τὰ νόμιμα τῇ τῶν Ἑλλήνων φω-

νῇ, εἰ καὶ οἶδα δύσφραστα εἶναι αὐτὰ νομιζόμενα πρὸς τὰς τοιαύτας μεταβολάς. *Juna Graecorum lingua explicans, quae quam difficulter vertantur non ignoro.*

Praecipue illud arduum erat recentioribus Juriſconſultis, qui poſt conditum Opus Juris Juſtinianei Conſtantinopoli, & in aliis Orbis partibus Romanarum Legum peritiam profitebantur.

Credibile eſt, Doctores iſtos verba Legum obſcuriora & ſecretiora Graece reddita tironibus ediſcenda tradidiſſe, mox varios conſcripſiſſe libellos, qui literarum ordine digeſtas haſce Interpretationes continerent; inde nati ſunt libelli quamplurimi, qui adhuc hodie ſervantur in quibuſdam Italiae & Galliae Bibliothecis, inſcripti plerumque: Ῥωμαϊκῶν λέξεων συναγωγὴ, vel ſimpliciter: Λέξεις Ῥωμαϊκαὶ κατὰ στοιχεῖον, vel uti in MS. quo olim uſus erat G. J. Voſſius, αἱ καταγραφόμεναι λέξεις Ῥωμαϊκαὶ ἐν τοῖς νόμοις.

Non dubito, Amice Lector, quin Gloſſarum Nomicarum originem oculis tibi ſubjectam dederim: Jam vero ſi rite earum inſcriptiones & titulos conſideremus, ultro elucet, opinione lapſum fuiſſe Virum inſignem C. H. Fabrottum in *Notit. Baſilic.* Exiſtimat Ille Gloſſas Nomicas Fragmentum eſſe Libri cujuſdam, qui *Indicis* nomine paſſim citatur. Non ſine errore ita ſtatuit Fabrottus: nam *Index* ille Elenchus erat re-

rum

rum ac vocum, quae in Baſilicis reperirentur, additis, ut opinor, quibuſdam expoſitionibus, ubi a Graecis minus curate quid expoſitum eſſet; ita videtur, praecipue, ſi explorata habemus, quae Baſilicorum Interpretes ex hoc Libro memorant. Nec inſtituti mei ratio nunc patitur, ut latius illud exſequar.

Eſt & aliud quod moneo praecipue, non omnia Gloſſarum Nomicarum exemplaria MSS. κατὰ στοιχεῖον conpoſita fuiſſe, quaedam enim literarum ordinem plane negligunt, talis erat Codex G. J. Voſſii. exiſtimo ſcilicet Gloſſas, quae literarum ordini haud adſtrictae ſunt, pertinere omnes ad certas Leges aut Titulos Juris Juſtinianei. ſi igitur Codicem Voſſianum integrum habere licuiſſet, nam pauca tantum excerpta in Bibliotheca Batava reperi, penitius in eam rem inquiſiviſſem, nunc vero ſuſpicionem meam propoſuiſſe, & Gloſſarii originem leviter indicaſſe ſatis habeo. Alia adferam, ubi totum Opus mea cura recentari contigerit. In hoc enim Specimine Brevitatis laudem, qua tantopere ſe commendant Gloſſae, quam maxime fieri potuit, ſectatus fui.

Caput II.

Gloſſae Nomicae ter emendantur, explicantur, ſemel defenduntur. στοῦπρον, μοιχείαν, *&* ἀφαίρεσιν κοινῶν *dicunt Graeci Juriſconſulti. Suidas, & Excerpta ex veteri Gloſſario leviter corriguntur:* Γραμματίδια *apud Graecos quid? Harpocration explicatur & emendatur loco difficili.*

Ἀδελίτζια (recte Scaliger Αἰδιλίτζια) ἀγωγὴ κατὰ τῶν ἐμπαθῆ ζῶα πωλούντων. αὕτη ἡ ἀγωγὴ παρὰ τῶν αἰδίλων τῶν πραιτώρων εἰσήχθη. Cl. Schultingius pro τῶν αἰδίλων τῶν πραιτώρων, legit: τῶν αἰδίλων τῶν κουρλίων. Obiter noto rectius reponi poſſe κουρουλίων: ita enim hanc vocem efferunt Graeci: ſed non tam magna mutatione opus eſt, nec adeo laborat locus molliori remedio in integrum reſtituendus. Ea quidem, quae hic traduntur, originem debent AEdilitio Edicto, ſed cum illud in Edictum Praetoris transfuſum ſit, ſaepe contigit, ut quae AEdiles introduxerunt, Praetoribus adſcribantur, & uti de Praetoriis ſtipulationibus loquitur Inperator §. 2. *Inſt. de Diviſion. ſtipul.* his verbis: *Praetorias autem ſtipulationes ſic exaudiri oportet, ut in his etiam contineantur AEdilitiae*, ita in aliis

aliis rebus quoque factum eſt; accedat Pauli auctoritas Lib. I. Sent. Tit. 15. §. 2. *Feram beſtiam in ea parte, qua populi iter eſt, colligari* PRAETOR *prohibet.* nihil ibi quoque loco movendum. At, dicis, ſenſum plane nullum habet: περὶ τ̃ αἰδίλων τ̃ πραιτώρων. Hanc difficultatem levi manu amovebis. pro τ̃ πραιτώρων ſcribe: ἤτοι πραιτώρων: nam rectum erit περὶ τ̃ αἰδίλων, ἤτοι πραιτώρων.

Ἀδούλτερις ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου νόμου φυλαττόμενος. κινεῖ δὲ περὶ μοιχείας καὶ στρόπτου. Ultima verba ſenſu carent, quid enim κινεῖ δὲ περὶ μοιχείας? excidit una tantum literula, quam ita reſtitues: κρίνει δὲ περὶ μοιχείας καὶ στρόπτου, ſenſu perſpicuo; nam uti hic κρίνειν, ſic καταδικάζειν Lex dicitur in V. Βιβονόρουμ ῥαπτόρουμ. Καταδικάζει ἐντὸς ἐνιαυτοῦ κινουμένη εἰς τὸ τετραπλοῦν. Et τιμωρεῖν in V. Βισέλλη. & ſaepius alibi. Sequitur in eadem Voce: τὸ δὲ στρόπτον, ἐπὶ παρθένων, καὶ χηρῶν, καὶ παίδων ἀῤῥένων κινεῖται. in his verbis nullum vitium agnoſco, ſi quidem conpertum habeo, Graecos Juriſconſultos στρόπτον, ſeu στοῦπρον κινεῖν, & μοιχείαν κινεῖν ſaepius dixiſſe: eadem plane infra V. Σπορτίλα. ἡ μοιχεία καὶ τὸ στοῦπρον εἰς ἐλευθέρους ἁρμόζει. Sin fidejuſſorem deſideres magis idoneum; en Harmenopulum Lib. VI. Tit. 2. §. 2. τὸν δὲ τοιαύτην μοιχείαν τὴν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὔτε οἰ-

κεία

κεία γυνὴ, ἔτι ἀλλοτρίᾳ δύναται ὡς ἔγκλημα ἐπὶ δικαστηρίῳ κινεῖν. & ita Pſellus in Legum Synopſi vſ. 1279. *actionem rerum amotarum inſtituere* ſimpliciter vocat *ἀφαίρεσιν κινεῖν.* ne plura addam.

Ἀκεπτιλατίωνα. ἔρδυνα. Legendum ἀκεπτιλατίονα, quivis cum Cl. Editore videt. ſed addit Vir Doctus. ,, ἔρδυνα. *nihil hoc ad rem. an locus eſt mutilus, & ſcriptum fuit, ἑρμηνεύεται, & talia quondam addita fuerunt, qualia exſtiterunt in gloſſa, quae ſecundo loco ſequitur?* Gloſſa, quae ſecundo loco ſequitur, ita ſeſe habet: Ἀκεπτιλατίων. ἐπερώτησις εἰκονικὴ καταβολὴ ἑρμηνεύεται ἢ...... Verum hoc nihil poteſt conferre ad depravatam lectionem emaculandam. ecce tibi aliam correctionem, quam veram praeſtare auſim. pro ἔρδυνα, leviſſima emendatione lege: ἔρεισμα. jam nihil eſt, quod deſideres. *Acceptilatio* alibi dicitur ἀσφάλεια *ſecuritas*: verbis enim contracta obligatio acceptilatione tollitur. Ἔρεισμα idem notat, quod ἀσφάλεια. docent Grammatici ad Homeri Iliad. Η. vſ. 338. Εἶλαρ.] ἔρεισμα, φύλαγμα, ἀσφάλειαν. ſic *cautio* quoque per ἀσφάλειαν vertitur; Conf. in V. & *L.* 3. *C. de Verb. & rer. ſignif.* adde Spartianum in Hadrian. Cap. VII. *ſyngraphis in foro Divi Trajani, quo magis* SECURITAS *omnibus roboraretur, incenſis.* cum quo conferendus Vopiſcus in Aurelian. Cap. XXXIX.

ta-

tabulas publicas ad privatorum SECURITATEM *exuri in foro Trajano ſemel juſſit.* Harmenopulus Lib. II. Tit. 9. §. 6. ἐάν τις ἐν τῷ δανείζειν ἢ ἄλλως πῶς συναλλάγματα ποιεῖν, παραιτεῖται μὲν τὸ εἰς οἰκεῖον ὄνομα λαβεῖν ἀσφάλειαν ἤτοι γραμματεῖον. *Cautionem* quoque in *L.* 2. *D. de pactis* per γραμματεῖον vertunt Graeci in Baſilic. Tom. I. pag. 719. Dixit Harmenopulus, ἀσφάλειαν ἤτοι γραμματεῖον, nec aliter legimus alibi. Συγγραφὴ, ἀσφάλεια, γραμματεῖον. adpoſite quoque Excerpta ex veteri Gloſſario, quae obiter corrigo. *Inſtrumenta.* γράμματα, ἀσφαλίσματα. ita editur, ſed vitioſe; pro γράμματα reponi poterit γραμματίδια, vel ſimpliciter γραμμάτια, aut γραμματεῖα, ut apud Suidam: Γραμματεῖδιον, καὶ γραμματεῖον, τὸ σύμβολαιον. eadem habet Phavorinus, ut ſolet, praeſcriptis verbis: attamen corrigere non vereor γραμματίδιον, quae vera ſcriptura eſt: ſed, facta τοῦ γραμματιδίου mentione, incidit locus Harpocrationis ſatis difficilis, qui Editores vehementer exercuit, ſic ſeſe habet. V. Ἀργυροθήκη — δίπλα ἦν γραμματίδια, οἷς ἐχρῶντο Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν ὥστε γράφειν μόνον τί ἐν αὐτοῖς· τὰ δὲ, ὥστε καὶ ἀργύριον κατατίθεσθαι, ἅπερ καὶ κιβώτια ἐκάλουν· τὰ δὲ ἄλλα μαρτύρια, priora verba ſatis expedita ſunt Viris Eruditis, ultima τὰ δὲ ἄλλα μαρτύρια non aeque, quae vehementer ſollicitum habuerunt H. Valeſium V. Cl. quid multa? pro

μαρτύρια, legendum exiſtimo, μαρτυρίας. locus levi ſcripturae vitio tenebris involutus leviori opera haud poterit ſanari, nam cum dixerit Harpocration: τὰ δὲ ἄλλα μαρτυρίας, (ſubaudi ἐκάλουν quod praecedit) notat γραμματίδια etiam vocari *teſtificantium tabulas*. Μαρτυρίαι igitur ſunt *teſtimonia* quae ſcripto conprehendebantur, ſeu libelli a pluribus teſtibus obſignati. Hinc ἐν γραμματείῳ μαρτυρεῖν *per tabulas teſtimonium dicere*, quod foro Attico notiſſimum, ſaepius illud apud Demoſtenem; & ea de re multa notavit Salmaſius ad Jus Attic. Cap. XXX. pag. 777. Lex Attica jubebat ſemper ἐν γραμματείῳ μαρτυρεῖν. ratio erat: ἵνα μήτε ἀφελεῖν ἐξῇ μηδὲν, μήτε προσθεῖναι τοῖς γεγραμμένοις, *ut nec adimere liceret quidquam, nec iis addere, quae ſcripta fuerint*. verba ſunt Demoſthenis, quae Heraldo accepta refero. vid. Obſervat. ad Jus Attic. Lib. VI. Cap. 9. num. 12. & iis ſequentia addi poſſunt: nam ad confirmandum, quod modo de Harpocratione ſtatuebam, egregie facit Plutarchus in tractat. de Fraterno amore Pagin. 865. Ed. Stephan. μνημονεύεται γοῦν ὅτι μαρτυρίας ποτὲ γραμματεῖον ἐπισφραγισαμένου τοῦ Καπίωνος. *Commemoratur enim, quod, quum aliquando Capio teſtimonii libellum obſignaſſet*. Erat cum ſuſpicarer eadem γραμματίδια intellexiſſe Theophraſtum in Charact. Cap. VI. ubi

τ

τ̃ ἀγοραίων mores eleganter admodum notans ita loquitur: ἔχων ἐχῖνον ἐν τῷ προκολπίῳ, καὶ ὁρμαθοὺς γραμματιδίων ἐν ταῖς χερσίν. vertit Caſaubonus: *in ſinu quidem ſcrinium, prae manibus vero forenſium libellorum faſciculum habens.* recte: nam, quod viro egregio haud ignotum, per γραμματίδια omne inſtrumentorum forenſium genus intelligitur: attamen, ut verum fatear, apud Theophraſtum lubentius μαρτυρίας intellexerim. Sed reprimo, ne a Gloſſis Nomicis nimium deflectar, & ita mihi fori praeſcriptio objiciatur.

CAPUT III.

Gloſſae Nomicae quater emendantur & explicantur. Vocabula auctor & actor *confunduntur. Auctoritas quid? Emendatur Symmachus. Suſpicio de lectione Ulpiani & Apuleji.*

Ἀκκεσιῶν. τὸ παρακολούθημα, ἤτοι ἐφόλκιον. ὡς ἡ δόσις τ̃ ἐγγυητῶν μὴ εἶναι πλείων τοῦ χρόνου τοῦ πρωτοτύπου. Scribitur ἀκκεσιῶν; moneo obiter Recentiores ἀκκεσσιῶν & ἀκκεσιῶν promiſcue ſcripſiſſe, uti νεκεσάριος & νεκεσσάριος, & id genus plura. ea tamen perperam aliquando corriguntur. Eſt alia difficultas in verbis: ὡς ἡ δόσις τ̃ ἐγγυητῶν μὴ εἶναι πλείων τοῦ χρόνου τοῦ πρωτοτύπου. miror genuinam lectio-

nem non vidiſſe Virum eruditum: ſcilicet per *acceſſionem* intelligitur *fidejuſſoria obligatio*, quae ſimpliciter *acceſſio* dicitur, ſatis frequenter apud Juriſconſultos; ſic in *L. 91. §. 4. D. de Verb. Oblig.* & *Inſt. Titul. de Fidejuſſ.* Lege igitur: ὡς ἡ δόσις τ̃ εἰσ[illegible] μὴ εἶναι πλείων τ̃ χρέους τ̃ πρωτοτύπου. totum negotium hac emendatione erit tranſactum. res eſt liquida: Nam fidejuſſores ita obligari non poſſunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. nam eorum obligatio, acceſſio eſt principalis obligationis: nec plus in acceſſione poteſt eſſe, quam in principali re. Ita referunt Inſtitutiones.

Ἀκυίλιος. ἀγωγὴ κινουμένη κατὰ τ̃ ὑπερθεμένου δοῦναι τὸ καταληφθέν. per τὸ ὑπερθεμένου ſolam *procraſtinationem* haud intelligere debemus, ſed *infitiationem*; alioquin error hic eſſet manifeſtus, nec juvat a Viro Docto pro καταληφθὲν corrigi καταλειφθέν; niſi legatur ἀναιρεθὲν, ſenſus haud erit perſpicuus. eadem hic dicuntur, quae in Gloſſa ſequenti. Ἀκυίλιος. ἀγωγὴ ἡ ἀπαιτοῦσα ἐξ ἀρνήσεως τὸ διπλοῦν, ἐξ ὁμολογίας δὲ τὸ ἁπλοῦν. ſimiliter in Scholiis MS. ad Synopſin Baſilicῶν. ὁ Ἀκυίλιος κατὰ μὲν τ̃ ὁμολογοῦντος εἰς τὸ ἁπλοῦν κινεῖται, κατὰ δὲ τ̃ ἀρνουμένου εἰς τὸ διπλοῦν. Si vero potius nihil corrigi velis, & Auctoris vel Librarii vitium agnoſcere, non reſiſto.

Ἄκτωρ.

Ἄκτωρ. ὁ προκινηγέτωρ. Hic conferri velim Feſtum V. *Cognitor*. *Cognitor*, inquit, *eſt*, *qui litem alterius ſuſcipit coram eo*, *cui datus eſt*. *Procurator autem abſentis nomine auctor ſit*. ſunt Codices qui praeſerunt *actor ſit*; non tam emendate. Procurator enim eſt qui mandatu alicujus negotia gerit, adeoque eleganter abſentis perſonae *auctor* fieri dici poteſt; nec aliter Papias in Vocabulario: *Procurator dictus*, *qui in vicem curatoris id eſt auctoris*. Et ita tutor mulieris vel pupilli auctor fit apud Ulpianum Fragm. Tit. XI. §. 24. nolo tamen pro Ἄκτωρ in loco noſtro Αὔκτωρ corrigi: nam apud Juriſconſultos procurator aliquando actor dicitur, ut in ſcholiis MS. ad Synopſ. Baſilicῶn: Σύνδικος. ἄκτωρ. quaſi actor alienae perſonae, ſic enim loquitur Cicero de Oratore II. 47. *neque actor eſſem alienae perſonae*, *ſed auctor meae*. ultima verba: *auctor meae perſonae* lucem accipient a conſultiſſimo Apulejo in Apolog. pag. 411. Ed. Vulc. dicit Apulejus: *adeſt etiam tutor*, auctor *mulieris*. Inde eſt, quod *auctoritas* tutoris pro ipſa *praeſentia* ſaepius ſumatur, nec aliter *teſtium auctoritas* in *L*. 3. §. 4. *D. de Teſtib*. ubi Graeci Interpretes τὴν αὐθεντίαν explicant per παρουσίαν. recte omnino. *Auctor* etiam ſaepius idem qui *venditor*, quod notum eſt, conf. *L*. 4. §. 1. *D. de Action. emt. & vend.* junge

Feſ-

Feſtum. *Fundus quoque dicitur populus eſſe rei, quam alienat, hoc eſt auctor:* patet igitur *auctorem* dici a quo rem juſto titulo accepimus. eleganter Spartianus in Hadrian. Cap. X. *Exemplo Scipionis Aemiliani & Metelli*, & auctoris *ſui Trajani.* Hinc autem facile cognoſcitur, cur *actio pro evictione* apud Paulum Lib. II. Sent. Tit. 17. §. 3. *auctoritas* dicatur. Jam, ſinite, quaeſo, ut verbo moneam de confuſione harum vocum, ſcilicet qui veterum ſcripta cum cura legere ſolent, paſſim videbunt *auctor* & *actor*, uti & *auctio* & *actio* confundi, exempla, quae magno numero ad manum ſunt, praetereo, praeter unum Symmachi, quod non praetereo, ut Scriptorem utiliſſimum hac occaſione emendem Lib. IV. Epiſt. 19. verba ejus ſunt: *alioquin integrata per indulgentiam bona vel actione foenoris detrahentur.*. ſunt MSS. qui ſolita confuſione pro *actione*, ſcribunt *auctiones*; ſed legendum: *alioquin integrata per indulgentiam bona auctione foenoris diſtrahentur*. praecedit enim: *taxatione preciorum graviter aggerata.* auctio foenoris ibi eſt *incrementum & exaggeratio foenoris.* Adparet eadem confuſio apud Apulejum Metamorph. IX. pag. 245. *familiam ſupellectilemque & omnia jumenta ad hereditariam deducit auctionem.* ita editiones Beroaldinae & recentiores. Antiquiores

vero

vero ad *hereditariam deducit actionem.* Et ſi verum eſt, quod obſervat Fornerius Pater Lib. I. Selection. Cap. 16. *agere* antiquitus fuiſſe *licitari*, & *auctionem* veteres dixiſſe *actionem*, ſi illud firma ratione nititur, antiqua lectio Apulejo erit reſtituenda, qui antiquata adfectat; & nihil mutandum erit apud Ulpianum Frag. Tit. XXII. §. 26. *velut qui actionem rerum hereditariarum facit.* ita MSS. ſed Cujacius volebat, *auctionem rerum hereditariarum.* Haec igitur loca iis addi poſſunt quae habet Fornerius, ut & *L.* 2. §. *ult. de Collat.* & *L.* 20. §. 1. *D. de Liberal. cauſ.*

Ἀλλιμκάπτα. τροφεῖα τ̃ ὀρφανῶν παίδων. Legendum ἀλλιμόνια (vel ἀλιμόνια) τὰ τροφεῖα τ̃ ὀρφανῶν παίδων. Gloſſae *Alimonium.* τροφεῖον.

Ἄμβητος λέγεται ἐπιθυμία τιμῆς, δωροδοκία, περιδρομή, φθορὰ κρίσεως. Notavit Cl. Editor. „ δωροδοκίαν *videri potius crimen repetundarum: ſed & pro donorum datione illam accipi, contra vim tamen verbi.* Haud eſt contra vim verbi. Δωροδοκία enim eſt ἡ δόσις καὶ ἡ λῆψις. adſtipulantur omnes Grammatici. Heſychius: Δωροδοκία. τὸ λαβεῖν ἢ δοῦναι δῶρα. adde Demoſthenem Orat. περὶ παραπρεσβείας. Pag. 295. E.

Ἀμβητός ἐστι καὶ ἡ κατὰ τ̃ φθειρόντων τὰς κόρας. Boſquetus qui Pſellum edidit, conjecit κατὰ τ̃ φθειρόντων τὰς κρίσεις. probabiliter. praeceſſit: φθορὰ κρίσεως. Sed praefero: κατὰ τ̃

φθο-

φθειρόντων τὰς κερκτὰς, quod etiam ad litera-rum veſtigia magis accedit.

CAPUT IV.

Gloſſae Nomicae quinquies emendantur & Augentur ex MS. *Eunapius corrigitur.*

Ἀντικενσόρις. ἀντιγραφεὺς. Si interpretationem magis aptam volueris, facili negotio reſtitues, Ἀντιγραφέως, literula tantum mutata. ἀντικενσόρις autem dicitur pro ἀντικεσόρις. Sic inter Graecos Juriſconſultos celebris fuit Joannes Covidius Anticenſor, & Thalelaeus Anticenſor. Eodem modo antiquitus Romani ceſſores pro cenſores dixiſſe, notatum eſt a quibuſdam. In voce ſequenti Ἀντικέσωρ dicitur ἀντιγραφεὺς διαθήκης. Excerpta Voſſiana MS. exhibent ἀντικέρσωρ, pro ἀντικέσωρ vel ἀντικένσωρ: recte tamen ſe habet vulgatum ἀντικέσωρ: nam ita ſcripſerunt Graeci, ut modo notavi, & id genus plura reperiet, qui Recentiorum ſcripta evolvit. Ad hanc gloſſam notaverat Voſſius. „*bic agitur de Anteceſſore, & hoc fortaſſe convenit cum eo quod Heſychius* τὸν τὰς νόμους μεμαθηκότα *interpretatur, quia teſtamentis faciundis aderant Juriſperiti.* Conveniunt cum hac explicatione quae ſcripſit Eruditiſſimus Curiae ſupremae Praeſes C. de Bynkershoek VI. Obſervat. 3. Caeterum

terum ἀντίγραφα διαθήκων reperio apud Demoſthenem Oration. in Stephan. II. pag. 985. F. ὅτι διαθήκης ἐδεὶς πώποτε ἀντίγραφα ἐποιήσατο. neminem umquam teſtamenti exemplum feciſſe. nec praetereundus Eunapius in vita Aedeſii pag. 70. prim. Edit. ἀλλὰ διαθῆκαί τι καὶ ἀντίγραφα τέτων καὶ συμβόλαια, καὶ περὶ πρασίων. Lege καὶ συμβόλαια καὶ τὰ περὶ πρασίων, aut, quod praefero, καὶ συμβόλαια τὰ περὶ πρασίων: per συμβόλαιον enim intelligitur ὑπόμνημα ἤτοι καταγραφὴ τῶν συμφωνηθέντων καὶ στοιχηθέντων, μεταξὺ ἑκατέρων τῶν συμφωνέντων καὶ συμβαλλόντων. Conf. Harmenopulum Lib. I. Tit. 8. §. 1.

Ἀπελάτης κυρίως λέγεται, ὅστις θρέμματα ἀπὸ βοσκῆς ἢ βυκολίων ἀποσύρει, ἢ ἀπὸ τῶν ἀγελῶν, ἵππυς In *L.* 1. §. 1. *D. de Abigeis.* in Baſilic. tom. VII. pag. 514. pro ἀποσύρει exſtat ὑποσύρει, ita & hic legendum. conf. in V. Ἀβίλεια, ubi ἀπελάται. θρέμματα ἀπὸ βοσκῆς ὑποσύραντες. ſed latet aliud vitium in verbis ſequentibus: ὁ γὰρ βῦν, ἢ ἵππον πλανώμενον εὑρὼν, οὐκ ἐστιν ἀπελάτης κ. τ. λ. in Baſilicis *d. l.* eſt, ἵππον πλανώμενον λαβών. Sed & hoc rem non abſolvit. In ipſa Lege: *ſi quis bovem* &c. ABDUXERIT. at vitium facile delebis: pro εὑρὼν, repone ἕλκων, & veram invenies Gloſſographi manum. ἢ ἵππον πλανώμενον ἕλκων. Heſychius: Ἑλκυστάζων. ἕλκων, περισύρων.

Ἀπελεύθερος λέγεται. ὁ πρότερον μὲν δῦλος,

ὕστερον δὲ ἐλεύθερος. Lege, ὕστερον δὲ ἐλευθερωθεὶς, leve hoc eſt; verum quia oculos incurrit, non praetereo. Libertinus aliter definitur, ὁ ἐκ δικαίας δουλείας ἐλευθερωθείς.

Ἀρβιτραρία. αἱρετή. Revocanda eſt antiqua ſcriptura: αἱρετέη.

Αὐτόμολος ἐστὶν, ὁ μόνον ὁ ἐν καιρῷ κ. τ. λ. Haec ad verbum exſtant apud Harmenopulum Lib. II. Tit. 7. §. 4. hic autem pro ἔχον, vitioſe editur ἔχων.

In hac litera Gloſſarium poterit augeri ex MS. Anglicano, cujus Apographum poſſidet Cl. Abrahamus Gronovius. Sunt autem haec.

Ἀιοῦτος. βοηθός. lege Ἀδιοῦτορ. Intelligitur actor qui tutorem quidem habenti, ſed morbo vel ſenio confectum, datur a magiſtratu. Dicitur ille βοηθός. Harmenopulus Lib. V. Tit. 2. §. 15. καὶ ὁ λεγόμενος βοηθὸς κινδύνῳ τῶν ἐπιτρόπων.

Ἀννούμιον. ἀναγραφὴ ὀνομάτων Legendum exiſtimo ἀννούμιον, ſi Suidae fides. ita refert, Ἀννουμεῦνος. ἀπογραφὴ ὀνομάτων παρὰ ῥωμαίοις· οἱ δὲ, ἀδνούμιόν φασιν.

Ἀντιμίσσιον, τράπεζα περὶ τοῦ δηκάτου κειμένη. Suidas ἀντιμίσιον. ſcribitur utrumque ἀντιμίσσιον & ἀντιμίσιον: aliquando etiam ἀντιμίνσιον. ſed pro τοῦ δηκάτου, repone: τοῦ δικαστηρίου, ut apud Suidam, quod rectum. Conferri quoque meretur locus egregius Curopalatae pag. 7. Ed. Pacii: ὁ ἄρχων τῶν ἀντιμινσίων, εἰσάγων τοὺς εἰσερχομένους εἰς τὴν ἁγίαν μετάληψιν. Bene

rem

rem explicat Julius Pacius his verbis. „ Ἀντιμίνσιοι, *qui ad ſacram ſynaxin primum recipiebantur & communionem Euchariſtiae, ut ſequentium verborum exegeſis docet. Hi enim priuſquam admitterentur ad communionem ſacram ſolebant Eccleſiae ante menſam ſiſti* διὰ τὸν τῶν ἀντιμινσίων ἄρχοντα, *poſteaque eodem praeeunte adduci ad communionem, ut palam teſtatum faceret illos ſuos comites in unum corpus coaluiſſe cum Chriſto & Eccleſia ejus. Hic autem ritus* τὸ ἀντιμίνσιον *dictus eſt.* Haec ad loci intellectum exhibere volui.

CAPUT V.

Gloſſae Nomicae ſexies emendantur, & augentur ex MS. Feſtus corrigitur. Βρέβιον *brevis vel breve & cenſuum brevia quid? Philoxenus explicatur, & emendatur.*

Βακάνδιον. τὸ ἀκληρονόμητον. Poteſt emendari βακαντίον, vel βακαντίβον: indicantur *bona vacantia*, quae ἀκληρονόμητα πράγματα vocant Graeci Juriſconſulti. conf. Harmenopul. Lib. II. Tit. 1. §. 61.

Βενεφικιαλίοι. οἱ ἐπὶ θεραπεία τῶν μεταρχόντων τεταγμένοι. Vera eſt conjectura Labbaei: οἱ ἐπὶ θεραπεία τῶν μαϊστρέτων. talem beneficiarium intelligit Spartianus in vita Hadrian. Cap. II. *pedibus iter faciens, ejuſdem Serviani beneficiarium antevenit.* videndi ibi

 ſunt

ſunt Viri Egregii Caſaubonus & Salmaſius, qui plena manu de hiſce beneficiariis tractarunt, & huc pertinet Feſtus: *Beneficiarii, qui muneris vacabant beneficio.* ita eſt in editis & in veteribus MSS. Bibliothecae Batavae. video a Cl. Salmaſio corrigi: *qui muneribus vacabant.* antea ſuſpicabar: *qui muneris onere vacabant.* τὸ *onere* latet forte in voce *muneris*, quod nunc quoque adridet.

Βέρβη. ἐστὶν ἐν ῥήμασι καὶ λόγοις ἀγωγή. Scribe βέρβης. ſimile mendum in V. ἢ δεδότης. ubi pro ὁμοίως ᾗ τῇ βέρβη. lege: ὁμοίως ᾗ τῆ βέρβης. Promiſcue dicunt βέρβης & βέρβις. Sic in gloſſa ſequenti, in qua librarii error etiam eſt corrigendus; verba ſunt: Βέρβις. ἀγωγὴ περὶ ψιλῶν λόγων, ὅταν ἐξ ἐπερωτήσεως ἢ συμφώνου ἀπόκρισις συνίσταται. lege, ἢ συμφώνου ἀποκρίσεως. plenior exſtat locus in Scholiis MS. ad Synopſin Baſilicῶn. hoc pacto: Ἀγωγὴ συνίσταται ἐξ ἐπερωτήσεως καὶ συμφώνου ἀποκρίσεως, οἷον· ὁμολογεῖς κατασκευάζειν μοὶ οἰκίαν, ἢ διδόναι μοὶ ρνγ.

Βία ἐστὶ μεγάλου πράγματος ἀπέλευσις. Corrige μεγάλου πράγματος ἐπέλευσις; nec aliter exhibet Harmenopul. Lib. I. Tit. II. §. I.

Βιβονόρουμ ῥαπτόρουμ. ἤγουν ἡ περὶ τῶν κινητῶν πραγμάτων βιαίως ἀγωγή. Senſu carent ultima verba βιαίως ἀγωγή. Scribe: βιαίως ἁρπαγῆς, vel uti in Synopſi Baſilicῶn Titulus praefert: βιαίας ἁρπαγῆς. jam omnia ſunt li-

qui-

quidā. res igitur ſuas ſibi habeat lectio illa βιαίως ἀγωγή.

Βίνδικτα. ἐπὶ ἄρχοντας. Lege: ἐπὶ ἄρχοντος. ut in Gloſſis quae Cyrilli nomen praeferunt: Ἐλευθερία ἐπὶ ἄρχοντος δοθεῖσα, *Vindicta*. junge Theophilum ad §. 4. *Inſtitution. de Donationib.* βινδίκτα. (ſcribe βινδίκτα) ἤγουν ἐπὶ ἄρχοντος, & ſaepius. conf. Eumd. ad §. 1. & 4. *de Libert.* ἡ ἐπὶ ἄρχοντος γινομένη ἐλευθερία. In MS. Anglicano inveni: Οὐίνδικτος. ὁ κατὰ οὐινδίκτα ἐλευθερούμενος. forte: ὁ κατὰ οὐινδίκταν.

Βηλουντάριος. θεληματικός. Indicatur *jusjurandum voluntarium.* optime Scholia Synopſ. Baſilic. quae habuit Labbaeus. vid. ejus Obſerv. pag. 62. βουλουντάριος (ſcil. ὅρκος) ὁ κατὰ συναίνεσιν ἀμφοτέρων τῶν μερῶν. legendum, βουλουντάριος.

Βρέβιον. ἡ καταγραφή. rectius eſſet βρέβιον, ut ſequitur βρεβίοις χαρτώοις. & Paulus Juris-conſultus βρεβίων libros conſcripſit. in catalogo enim qui Pandectis Florentinis praemittitur habes: παύλου *brevion* βιβλία ἤκοσι τρία. Sed & βρέβιον aeque ac βρέβιον aliquando occurrit. Egregie in Scholiis MS. ad Synopſin Baſilicῶn. Βέβια. τὰ χερτῶα, (leg. βρέβια. τὰ χαρτῶα) καὶ ἐγκύκλια ἤτοι σύντομα δικαιώματα. Τίτλος λέγεται ἡ ἐσταλμένη καὶ κεφαλαιώδης τοῦ κατὰ πράγματος αἰτίας δήλωσις. Βρέβια optime explicat anonymus Interpres per ἐγκύκλια ἤτοι σύν-

τορια δικαιώματα. Nam eo ſenſu plane Lampridius in Alexandro Sever. Cap. XXVIII. his verbis: *Eum notarium qui falſum cauſae brevem in conſilio imperatorio retuliſſet, inciſis digitorum nervis ita ut nunquam poſſet ſcribere, deportavit.* vides per *cauſae brevem* id intelligi, quod voluerunt Scholia. In Gloſſis Philoxeni admodum adcommodate ad locum Lampridii legimus *Breve.* εἶδος αἰτίας. nam ita emendandum cenſeo: hodie enim corrupte circumfertur locus; legitur *Bria.* εἶδος αἰτίου. non me fugit a Ducangio reponi εἶδος ἀγγείου. Sed eo non videtur reſpexiſſe Philoxenus; ſaltem levior erit noſtra emendatio. nam εἶδος non tantum notat *genus*, vel *ſpeciem*, ſed & *rei qualitatem*, & ποσότητα; adeoque illud optime convenit. & haec quidem de ſignificatione τοῦ βρεβίου non adeo nota. Βρέβιον vulgo notat *catalogum* ſeu *deſcriptionem*. Sic pro *catalogo* vaſorum ſacrorum apud Annam Comnenam Lib. VI. pag. 157. Ed. Pariſ. inter Hiſtoriae Byzantinae Scriptores: Εἶτ' αὖθις τὰ βρέβια ἀνελίττειν προστάττει τοῖς ἔχουσιν. ubi vide Poſſinum. *Cautiones debitorum, & breves* conjunguntur apud Anaſtaſium Bibliothecar. pag. 68. in Byzant. Script. *Tertio Imperii Juſtini anno accerſitis Sophia piiſſima Auguſta, pecuniarum venditoribus, & notariis, juſſit deferri cautio-*

nes debitorum & breves, quibus lectis, accepit breves; & praebuit eos debitoribus. in Libro, unde haec hauſerit Anaſtaſius, procul dubio aliter concepta fuerunt haec verba. de his nunc nihil definio. *Notarii* qui ibi memorantur, alibi dicuntur *Breviatores.* Confer Novellam 105. *Cap.* 2. §. 4. *Breves* quoque memorat Caſſiodorus Lib. II. Variarum 39. *Et ideo pecunia, quae tibi nata eſt, ſi opus non poterit implere ſuſceptum, quantum adbuc expendendum credideris, miſſis nobis brevibus, indicabis.* Quum vero in loco noſtro βρέβιον per καταγραφὴν explicatur, forte indicantur *cenſuum brevia*, quae ex Provinciis ad Inperatores mittebantur. Ea memorat Symmachus X. Epiſt. 60. *Etiamſi priſca inſtitutio mittendis ad Clementiam veſtram* cenſuum brevibus *curſum vel ordinem non dediſſet.* hinc Lux Iſidoro; *Brevigerulus, qui breve gerit.* ita habet Gloſſarium, cujus Auctor creditur Iſidorus.

Ex MS. Anglicano ſuo loco inſeri debet.

Βεστιάριον. τόπος, ἔνθα ἡ ἀναγκαῖα κεῖται ἐσθής. Eſt apud Suidam ἀπόκειται, & quidem rectius. *Veſtiarium* erat, in quo Inperatoris veſtes, ſpatha, & calceamenta recondebantur, uti apud Curopalaten legere eſt, qui etiam παιδόπουλον τοῦ βεστιαρίου memorat pag. 57.

CA-

Caput VI.

Gloſſae Nomicae ſepties emendantur, & explicantur.

Γέρερε. ἤγουν ὡς δεσπότης ἐνεργεῖν. Scripſit ad hunc locum Praeſtantiſſimus Editor. „*Verbum* γέοερε *non includit id, quod eſt in expoſitione, niſi addas* pro herede, *ut reſpiciantur verba* §. *ult. Inſt. de Hered. qualit. & diff.* At eo non reſpiciunt Gloſſae: per γέρερε enim innuitur *negotiorum geſtio.* adeoque nihil erit loco movendum. Infra: Νεγοτιορούμ γεςόρουμ. ἡ περὶ διοικήσεως ἀλλοτρίων πραγμάτων παρὰ γνώμην δεσπότου ἀγωγή. jam intelligis, credo, mentem Gloſſographi.

Δάτιο. Χειρὸς. Miror pro χειρὸς ab Eruditiſſ. Ducangio corrigi χρέος; ſcilicet per δάτιο indicatur *manumiſſio* quae dicitur *de manu datio pr. Inſt. de Libertin.* Sic in Veteribus Gloſſis, *Emancipatio.* Χειρὸς ἄφεσις. Hic olim erat, Δὲ μάνυ δάτιο. Χειρὸς ἄφεσις. & locus pertinebat ad *d. l.* Inſtitutionum; hinc *emancipatus* dicitur χειρἄφετος. In Gloſſ. Nom. MS. in Anglia legitur: Μαγιπάτρο. ὁ χειράφειτο. emenda: μαγιπάτος vel μαγκιπάτος. (quod pro ἐμαγκιπάτος) ὁ χειράφετος.

Δεβίκτορος. ἀγοραςοῦ. Eadem erant in Excerptis MS. J. G. Voſſii. adſcripſerat Vir Egre-

gregius. „ *hinc forte Galli* debiter *pro eo quod eſt* vendere.

In V. Διδόλῳ μάλῳ. αὕτη ἐςὶν ἀγωγή. Circa medium commode poterit deleri quod vitioſum; verba ſunt: ἐςὶ δὲ πρῶτος δόλος κακοποίησις λαθραία — δεύτερος δόλος ἐςί. — lege: ἐςὶ δὲ πρῶτον, δόλος κ. λ. &: δεύτερον, δόλος ἐςί. Sunt minus adcurata quae in hac voce traduntur. at Auctorum vitia non corrigimus, ſed Librariorum. Sunt tamen hodie, & olim fuerunt, qui ea haud ſecernunt.

Δεκκεσιὸν. διάταξις, ψῆφος. Lege: Δέκρετον. infra: δέκρετον. δόγμα, ἢ ψῆφος. & δέκρετον. ψήφισμα, ἀπόφασις βασιλική. Sed voce δέκρετον ſemper fere utuntur recentiores. conf. Harmenopulum Lib. IV. Tit. 2. §. 7. & Theophilum ad §. 6. *Inſt. de jur. nat.* &c. νομοθετεῖ δὲ καὶ ἐν δεκρέτῳ ὁ βασιλεύς. Δέκρετον in Gloſſ. ſeqq. dicitur ἀπόφασις βασίλεως καὶ ἄρχοντος, quod ex Theoph. ad *d. l.* deſumtum videtur. verba ejus: λέγεται δὲ ὁμωνύμως δέκρετον, καὶ ἡ τοῦ ἄρχοντος ἀπόφασις. optime ibi differentia notatur.

In V. ὁ δεπεκυλάτης — καὶ κατὰ τῶν δημοσίας πυκτὰς δεδοκότων. Lege: πτυκτὰς δεδωκότων. nec aliter in *L.* 9. §. 5. *ad Leg. Jul. pecul.* in Baſil. tom. VII. pag. 771. idem vitium corrige in V. ἐκδοῦναι. ſequitur: περὶ γὰρ χρημάτων ἀφαιρεθέντων ἐςὶν ἡ ζήτησις ἐν αὐτῷ. lege ἐν αὐτοῖς. res ipſa monet, & ſuadent Baſilici in *L. ultim. d. t.*

Δεπορτατίωνος. περιωρισμένος. Scribe, δεπορτατευόμενος. Δεπορτατεύειν notiſſimum in Graecia Barbara.

In V. ὁ Δεφάλσης. In fine facili opera delebis vitium in verbis: ἀλλ' οὐδὲ διαφερόμεθα ἐπὶ τοῦτο, εἴτε περίεστιν ἡ λεγομένη ὑποβολὴ, εἴτε ἐτελεύτησεν. Cl. Schultingius ἡ λεγομένη ὑποβολὴ ſcriptum putat pro ἡ λεγομένη ὑποβαλοῦσα. quod mihi non probatur. nam ſi leviſſima emendatione reſtitueris: ἡ λεγομένη ὑποβαλεῖν. habebis id quod ratio poſtulat.

Caput VII.

Gloſſae Nomicae quater emendantur, explicantur, & augentur. Leve vitium in Harmenopulo corrigitur.

Δημόσιον λέγεται τὸ κοινὸν, ἢ βασιλικόν. δημόσια γὰρ τὰ τοῦ δήμου, καὶ δημόσιος ἁρπαγὴ ἡ παρὰ τοῦ δήμου. Loco movendum eſt τὸ ἁρπαγὴ, quod librarii aliud agentes finxerunt. Gloſſographus dederat: δημόσιος ἀγωγή. quod erit reſtituendum; indicatur enim *popularis actio.* quae δημοτικὴ ἀγωγὴ dicitur in Baſilic. in *L.* 1. *D. de Popul. action.* tom. VII. pag. 540.

Δλὼ προδιτζίωνος. μήτε ἐνπροδαπιστροφή. Locus certe tenebris involutus. quae ad eum notavit Cl. Schultingius ſic habent. „ *monſtroſum hoc. viderint alii, an non librarius*

au-

audiverit dictari, τίμωροι ἀδιτζίωνος, *idque tam inepte deſcripſerit. ſed & ſic interpretatio eſt inconveniens.* aliud igitur quaerendum, quod materiae non tantum propoſitae, ſed & interpretationi ſit conveniens: illud ipſum invenies, opinor, ſi locum ita conpoſueris, & levi quidem negotio: Δῆνος προδιτζίωνος: μετοχὴ ἀποστροφῆς. apud Heſychium invenire eſt: Δῶος. βούλευμα. Μετοχή. κοινωνία.

Διαπενσάτωρ. ὁ δικαστής. Suſpicor reponendum ὁ διοικητής, quod praeceſſit. Diſpenſator enim hic innuitur, qui Kalendario praeponi ſolebat, alibi vocatur *rerum adminiſtrator*. hinc διοίκησις, apud Philoxenum *adminiſtratio*. ſic διοικηταὶ πραγμάτων apud Harmenopulum Lib. I. Tit. 5. §. 4. adde Lib. III. Tit. 4. §. 10. τοῖς οἰκονόμοις, καὶ ὀρφανοτρόφοις, καὶ τοῖς τ λοιπῶν οἴκων εὐαγῶν διοικηταῖς. Balſamon ad Photii Nomocan. Tit. II. Cap. I. ἐπιτρόπους καὶ διοικητὰς conjungit. ait: ἐπιτρόπους ἤγουν διοικητὰς τ παρ' αὐτῶν διορισθέντων καταλιμπάνουσι. *procuratores ſive executores eorum, quae praeſcripſerunt, relinquunt.*

Δομεστίκουμ. οἰκειακός. Pro οἰκειακόν. quod tamen haud mutandum cenſeo. nam centies hoc modo peccatum eſt. obiter potius mendum tolle ex Harmenopulo. Lib. IV. Tit. 2. §. II. τ αὐτοῦ κρατοῦντος καὶ ἐπὶ υἱῶν, καὶ ἐκγόνων, καὶ συγγενῶν, καὶ δομεστίκων, καὶ συγκαθέδρων, καὶ

ἐπὶ πάντων τῶν οἰκείων αὐτῶν. lege: καὶ ἐπὶ πάντων τῶν οἰκειακῶν αὐτῶν, quod melius eſt. Theophilus ad §. 2. *Inſt. de Hered. qualit. ac different.* Καὶ οὗτοι μὲν διὰ τοῦτο προσαγορεύονται, ἐπειδὴ οἰκειακοὶ κληρονόμοι εἰσί. alia nunc praetereo.

ἡ Δονατζιόνικος. ἡ περὶ δωρεῶν ἐστὶν ἀγωγή. ἐστὶ καὶ ἐκ τῆς πολιτικῆς νομοθεσίας: αἱ μὲν ἰντερβίβους ἤγουν ἐν ζωῇ ἀπεντεῦθεν ἤδη· αἱ δὲ μόρτη καῦσα ἤγουν θανάτου αἰτία. pro ἡ Δονατζιόνικος, legendum eſt, ἡ δὲ δονατζιόνικος: & pro αἱ δὲ μόρτη καῦσα, rectius erit, αἱ δὲ μόρτης καῦσα. levia ſunt, ea tamen, quia locus integer proferendus erat, obiter moneo: ſcilicet mox ſequitur: Δορεπουδιανδαποσίωνα. μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον. expoſitionem, quae hic adjicitur, μήτε καταστρέφεσθαι τ. δ. pertinere exiſtimat Vir Clariſſimus ad Gloſſam ἡ Δονατζιόνικος quam modo protuli. Hanc opinionem haud amplector, & nemo conſentiet, qui obſervat, verba μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον pertinere ad Titulum *D. de Uſucapione pro Donato.* ipſa expoſitio requirit, ut pro δερεπουδιανδαποσίωνα legatur δὲ ρεκουπεράνδα ποσεσσίωνε vel ποσεσίωνε. juſta ratione igitur omnia procedunt. ex emendatione noſtra: Δὲ ρεκουπεράνδα ποσεσίωνε. μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον.

Ex MS. Anglicano ordini ſuo redde.

Δωνατίβα. δωρεὰ βασιλικὴ στρατιώταις.

CAPUT VIII.

Gloſſae Nomicae novies emendantur. Scripta lectio in Fabulis Doſithei adſeritur. Philoxenus & Symmachus caſtigantur. Gloſſae Nomicae ex MS. augentur, & emendantur. Suidas bis corrigitur.

Ἐκαπλοερατοὶ. πρέσβεις, ἀποκρισιάριοι, καὶ ἐκαπλοεράτορες. Utrumque rectum eſt ἐκπλωερατοὶ, & ἐκπλωεράτωρες, multa hujus rei exempla produxit Salmaſius ad Vopiſcum in Caro Cap. VIII. qui emendate etiam hunc locum exhibuit. ἐξπλοεράτοι. πρέσβεις, ἀποκρισιάριοι, καὶ ἐκπλωεράτωρες. *Exploratores* alibi dicuntur Ἡμεροδρόμοι; alibi, Κατάσκοποι. Infra: Ἐξπλωτῆρες. κατάσκοποι, lege: ἐξπλωεράτωρες: apud Cyrillum quoque in Gloſſis κατάσκοποι dicuntur *Speculatores.* quam vocem Nicephoro reſtituendam credidit G. J. Voſſius in Notis MS. Verba Nicephori quae protulit Meurſius in Gloſſar. haec ſunt: αἱ χῶραι δι᾽ αὐτῶν τε καὶ τῶν ἐκπλωερατώρων μηνυόμεναι. ita ex emendatione Meurſii. in MS. ἐκπηλατόρων. Sed praetulit Voſſius σπεκουλατώρων. Meurſii correctionem firmare videntur literarum veſtigia.

Ἐκπρουατωρίων. ἐκ μαρτύρων. Ita ſcriptum fuiſſe exiſtimat Cl. Schultingius, pro ἐκ προβατω-

τωρίων. Solita ſcilicet literarum *β* & *υ* confuſione. In MS. quo uſus eſt G. J. Voſſius, erat ἐκπρονατωρίων. inde vir ſummus effingit ἐκ προλατωρίων. *id eſt*, ait, *ex prolatis*. & hoc quoque rationem habet, nam λ & ν paſſim confunduntur. Sed opinionem ſuam firmare potuiſſet Schultingius *L.* 9. *C. de diverſ. off. & apparit.* nam eo olim pertinuit locus, eſt ibi: *ex ſacris* probatoriis *ſolito more militiae ſacramenta ſortiri decernimus.* Gloſſa etiam *L.* 10. *d. t.* commode poſſet adplicari.

Ἐκστραίνως δωρουμένῳ: τὸ ἔξω ῥωμαίων. Scripſit ad hunc locum Cl. Editor. „ *Nullus in his ſenſus, ſtriptum fuit aliquid tale*, extra noſtrum imperium, *vel* extra noſtrum orbem, *aut aliquid ſimile, quod ex ore forte dictantis perperam ſcriptum eſt.* Longe aliud latet; verba ad hanc normam emendo: Ἐκστραορδίνως δωρούμενον. τὸ ἔξω τῶν νόμων. Infra: ἐξεστραορδίνευμ. ἤγουν ἔξω νόμου. Ἐξστραορδίνως: ἤγουν ἔξω νόμου. ἔξω τῶν τεταγμένων, ἢ τῶν νόμων. poſſet & aliud remedium adhiberi. nam ſi verbum inſerere liceat, ſic poterit reſtitui: ἐξτραορδίνως δωρούμενον: ἔξω τῶν ῥωμαίων ἠθῶν: tu quod magis adridet elige.

Ἐνδόνταν. ἀποτέλεσμα. Lege: Ἔβεντον. infra quoque: Ἴβεντόν. ἀποτέλεσμα. lege: Ἔβεντον. vitioſa lectione decepti fuerunt Viri Docti, qui de *inventario* hic agi exiſtimarent. errant illi: *inventarium* non dicitur ἀποτέλεσμα; equi-

equidem vero *eventus*. In Gloſſis *eventus*. ἀποτέλεσμα. adſtipulantur Baſilici in *L.* 16, §. 8. *D. de poenis*. tom. VII. pag. 831. adde Harmenopulum Lib. III. Tit. 5. §. 32. οὐδὲν ἧττον ἰσχυρῶς ἔδοξεν ὑποτίθεσθαι αὐτὸ ἐξ ἀποτελέσματος. *nihilominus valide oppigneraſſe viſus eſt, ut ex eventu apparet.*

In V. Ἐνέχυρον —— ὅτι ἡ ὑποθήκη ἐστὶ τὸ παραδιδόμενον μὲν τῷ χρεώστῃ. ὑποθέμενον δὲ τῷ δανειστῇ εἰς γραμματεῖον. Haec exſtant iiſdem fere verbis apud Harmenopulum Lib. III. Tit. 5. §. 27. & mutuam operam invicem praeſtabunt. recte ibi habetur: ὑποτιθέμενον δὲ τῷ δανειστῇ εἰς τὸ γραμματεῖον. at priora verba emendatiora in loco noſtro exſtant, quam apud Harmenopulum. ibi: τὸ παραδιδόμενον μὲν τῷ χρεώστῃ. hic melius: τὸ παρακείμενον μὲν τῷ χρεώστῃ.

Ἐξέμπτιον. ἤγουν τὸ περὶ ἐκμισθώσεως, ἢ τὸ περὶ ἀγορᾶς. pro ἐξέμπτιον, fuit olim τὸ ἐξ ἔμπτο. Theophilus ad §. *ult. Inſt. de emt. & vend.* τότε ἔχει τὸ ἐξ ἔμπτου ἀγωγήν. forte ſcripſerat Theophilus τότε ἔχει τὸ ἐξ ἔμπτο. ita legitur apud Eumd. *pr. d. t.* in prima editione. Fabrottus *ex empto* latine expreſſit. non ſollicito tamen ἐξ ἔμπτου, neque eſt tanti.

Ἐξέμπτο. ἀγωγὴ τῆς ἀφίσεως. Repone, ἀφαιρέσεως.

Ἐξερεδατζίωνος. ἄκληρος ἔστω. Vitioſe ſcriptum eſt ἐξερεδατζίωνος. lege: Ἐξερεδάτος ἔστω, vel ἔστω.

Ἐξιν-

Ἐξιντεντίονος. ἤγουν ἐξ ἀγωγῆς μόνης συγκείμενος. Repone: ἐξ ἐναγωγῆς μόνης συγκείμενος. infra: ἰντεντίονα. ἀρχὴν τῆς ἐναγωγῆς, quae verba deſcripta ſunt ex Theophilo ad §. *ult. Inſt. de iis per quos agere poſſ.* nec aliter in Baſilicis in *L.* 1. §. 1. *D. de R. V.* tom. II. pag. 194. καὶ τύπος ἐναγωγῆς ἁρμόζει. recte Scholia Theophili ad §. 13. *Inſt. de Actionib.* ἰντεντίων ἐστὶν ἡ ἐπίτασις ἤτοι τὸ διήγημα, καὶ ἀφήγησις τοῦ πράγματος.

Ἐξπρεύνσις μίτζει τοῦ ἰσλίττερις. ἤγουν ἐκ τῆς συνθήκης ὀφείλω τῶν οἰκείων γραμμάτων. Schultingius. „ *Verba poſteriora ita legenda* τοῖς λίττερις. *priora non expedio.* Omnem difficultatem amoveris legendo, Ἐξ προμίσσις, vel προμίτζις τοῖς λίττερις. interpretatio quoque erit apta & commoda: ἤγουν ὀφείλω ἐκ συνθήκης τῶν οἰκείων γραμμάτων. hac correctione nihil dubii remanet. optime in rem noſtram *Lex* 134. §. 2. *D. de Verb. Oblig.* loquitur Paulus: *Idem reſpondit, cum Septicius* LITERIS SUIS *praeſtaturum ſe caverit pecuniam, & uſuras ejus ſemiſſes, quae apud Sempronium depoſitae ſint &c.* adde Imperatorem §. 17. *Inſt. de inutilib. ſtipul. Si ſcriptum in inſtrumento fuerit,* PROMISISSE *aliquem: perinde habetur atque ſi interrogatione praecedente reſponſum ſit.* plura, quae in promptu ſunt, praetereo. Vides, Viros Egregios, qui proprias Gloſſarum ſedes ignorarent, haud raro hallucinatos fuiſſe.

Ἐξώστης

Ἐξώστης. ὁ ἡλιακός. Gloſſae: Ἐξώστης. *Maenianum, Projectio.* alibi, *Perfecta, tecta.* ἀναπεπεταμένη, ἀνάστασιν ἔχουσα, ἐπ' οἰκίας. emendant Viri Docti, *Projecta tecta,* & ita in Libro ſuo notaverat J. Scaliger. ſed & Graeca laborant, lege: ἀνατεταμένην ἀνάστασιν ἔχουσαι ἐπ' οἰκίας. infra: *Projecta tecta.* ἀνατεταμένην ἀνάστασιν ἔχουσαι ἐπ' οἰκίας. Sic enim legendum, mota diſtinctione. Hanc vocem obiter reſtitue Doſitheo Magiſtro in Reſponſis Hadriani §. 10. ubi ejus Fabulae incipiunt, quae in Bibliotheca Voſſiana integrae exſtant. Ex conjectura edidit Goldaſtus: καὶ μάλιστα μὲν ἐπῄνει τὴν φύσιν τῶν κεράτων ἀναπεπταμένων εἰς πολὺν ἀέρα. in ejus MS. erat, τῶν κεράτων ἀνατεταμένων, nec aliter in antiquiſſ. Cod. Voſſ. Scriptam lectionem igitur redde Doſitheo, quae correctionem Goldaſti longe ſuperat. Ceterum ἐξώστης hic explicatur per ἡλιακὸς, *ſolarium.* corrige hac occaſione Symmachum Lib. I. Epiſt. 6. verba ejus: *ſuperiora conclavia cruſtis teguntur ea operis levitate, ut compago ſolarum mentiatur.* Nollem hic locus ſollicitos habuiſſet Viros Egregios; pro *ſolarum,* Lectius reponit *ſolidum,* alius *ſolatium,* quae conjectura certe conmaculato Symmacho haud erit ſolatio. Emenda, *ut compago ſolarium mentiatur.* convenit cum eo quod praeceſſit: *ea operis levitate;* nam conſtruebantur ſolaria

ex ſolis lignis & tabulis, quod prohibuit Zeno Inperator in *L.* 12. §. 5. *C. de Aedific. privat.* Ἔτι δὲ θεσπίζομεν, τὰ καλούμενα σολάρια, μετὰ τὸν παρόντα νόμον, μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων γίνεσθαι. *Item illud etiam ſtatuimus, ne ea quae vocantur ſolaria, poſt hanc legem ex ſolis lignis & tabulis conſtruantur.* & ſic quidem lectionem Symmachi, ut opinor, genuinam revocavimus. Legitur in Gloſſis: *Solarium.* παραμυθία. ſed refingendum *ſolatium*, quivis videt.

Vocabula quaedam ex MS. Anglicano jam produxi, quibus Gloſſarium hic illic poſſet augeri. Sequentia iterum ſuo loco debent inſeri. pleraque, quae Codex ille exhibet, etiam apud Suidam habentur; unde non ſine ratione ſuſpicor, eſſe illum ipſum Librum, quo Suidas olim uſus eſt. Habuit ille Λέξεις Ῥωμαϊκὰς, & juris quaedam vocabula, quae conlectaneis ſuis inſeruit. Λέξεις Ῥωμαϊκαὶ etiam titulus erat, qui Codici Anglicano praefigitur, ſic mea haud leviter firmatur ſuſpicio.

Ἐκπελλευθῆναι. ἐκκοληθῆναι. Jam Suidam emendaſſe eſt in proclivi. vitioſe apud eum exſtat ἐκπελλωθῆναι. Sed ſanior ibi eſt interpretatio ἐκβληθῆναι. legendum igitur ἐκπελλευθῆναι. ἐκβληθῆναι. non ejicio tamen ἐκκοληθῆναι. nam ἐκκολαφθῆναι aut ſimile quid poſſet ſubſtitui. ἐκπελλευθῆναι. vox Barbara,

ra, Latinis, *expelli*. Gloſſa olim pertinuiſſe videtur ad *L.* 15. *C. de Rei Vind.* EXPELLI *te a poſſeſſione non patietur.*

'Ελληγάτευσι. ἀπένειμεν.

'Ελήκτευσι. ἀναγνοὺς διώρθωσεν. Eſt apud Suidam, διόρθωσεν, ſed male apud Eumdem ἐλήτευσι. corrige; ἐλήκτευσι.

'Εξαμμετίονος. ἐκ περιδρομῆς. Lege: ἐξ ἀμμιτίωνος, quod ſcriptum eſt pro ἐξ ἀμβιτίωνος. corrigi tamen non debet, nam varie pronuntiarunt verba Latina Graeci recentiores, & literas μ & β promiſcue adhibuerunt Scribae.

'Εξιτέρια, καὶ ἐξαγγιλία, τὰ ὑπὲρ τῆς ἐξόδου παρειλόμενα. Lege: ἐξιτήρια — παρεχόμενα, ut apud Suidam, ſed male apud Eumdem ἐξαγγηλία.

'Εσκουπτεύδιαι. στρατιωτικὴ ἐφόδιαι. Lege: ἐσκουπόνδιαι στρατιωτικὰ ἐφόδια. Σεσκουπόνδιαι ſcribitur in Gloſſis infra. Sed eſt quoque apud Suidam: 'Εσκουπόνδιαι. κατὰ ῥωμαίους, στρατιωτικὰ ἐφόδια.

Θριαμβεύτου. τοῦ τυραννητοκτόνου ἰνδοῦ. Quo modo emendandum ſit, facem praelucet Suidas, qui habet: Θριαμβεύτου. κατὰ ῥωμαίους τοῦ τυραννοκτόνου ἰνδοῦ. ſic in editis & in antiquiſſimo Codice quo in Bibliotheca Batava uſus ſum. Θριαμβευτὴς hoc epitheton Baccho tributum alicubi me legere memini. hinc additur: τοῦ τυραννοκτόνου ἰνδοῦ. Suidae locum non expedivit Kuſterus.

Caput IX.

Gloſſae Nomicae ter emendantur & explicantur. ſemel defenduntur.

Ἰδιατικᾶ. δανειςᾶ. Movenda eſt diſtinctio. Ἰδιωτικᾶ δανειςᾶ eſt interpretatio τᾶ πριβάτα κρεδίτωρος, quod excidit. docet Harmenopulus Lib. I. Tit. 2. §. 14. καλῶς ἐπιζητεῖν καὶ τᾶ ἰδιωτικᾶ δανειςᾶ τὰς λόγους προσενεχθῆναι· καὶ τὰς πολιτικὰς ἢ δημοσίας λόγους. *Jure illud poſtulare, ut privati quoque creditoris vel civiles vel fiſcales proferantur rationes.*

Ἰλλέστριοι. πρωτοσπαθάριοι, Pertinet ſorte ad Novell. CXVII. Cap. 4. ubi ἰλλέςριοι iidem qui πρωτοσπαθάριοι. olim differebant haec vocabula, hodie confunduntur. opportune admodum Scholion Theophili *ad Praef. Inſt.* §. 3. Ἰλλέςριοι κυρίως οἱ ἀπὸ ὀφφικίων, ἃ μὲν πρωτοσπαθάριοι, νῦν δὲ ὡς ἀπὸ συνηθείας μιμητικῶς καὶ ἤτοι καταχρηστικῶς καλοῦνται. In Veteri Lexico MS. περὶ συντάγματων, quod propediem publico donaturus eſt Eruditiſſ. Valckenaerius, legitur: Ἰλλέστριος. τὸ ἀξίωμα.

Ἰνδέςτα καὶ ἰνδάτα. ἤγουν ἀκωλύτως καὶ ἀδεῶς. Omnia ſe recte haberent, ſi inſerere liceret vocem εἰσαγόμενα, uti extat apud Theophilum ad §. 3. *Inſt. de Interd.* vel εἰσαχθέντα,

ut

ut in Baſilicis in *L.* 5. *pr. D. in quib. cauſ. pign. vel Hypoth.* vel εἰσφερόμενα. quod iidem exhibent in *L.* 4. §. 1. *d. t.* aut forte plura exciderunt, & per ἀκωλύτως καὶ ἰδέως intelligendum, quod per σιωπηρῶς in Baſil. in *L.* 4. *D. de Pactis.* ut ſcilicet invecta & illata in Urbanis habitationibus, quamvis nihil nominatim convenerit, pignori obligentur. optime Graecus Juriſconſultus ad *d. l.* diſtinctionem tradidit inter *invecta* & *inlata*, digna autem ſunt, quae hic memorentur. Tom. I. pag. 751. ὁ Φιλόξενος παρέθετο ἐν τῇ νεαραῖς ἐξήγησιν Θεοφίλου λέγουσαν, ἰνβέκτα μέν ἐστι τὰ βασταζόμενα, οἷον ἐσθὴς, χρυσὸς, ἄργυρος, βιβλία, καὶ ἔτι τοιοῦτον. Ἰνλᾶτα, τα ἔμψυχα, οἷον βοῦς, ἵππος, οἰκέτης καὶ τα τοιαῦτα. *Philoxenus ad Novellas horum verborum expoſitionem ex Theophilo profert.* Invecta *ſunt, quae vehuntur, ut puta veſtis, aurum, argentum, libri, & his ſimilia.* Illata, *animata, veluti bos, equus, mancipium, & alia ejuſmodi.* Gloſſae veteres MS. *Invexit. Intulit, inſtruxit.* Et haec quidem de loco corruptiſſimo. Similiter detruncata eſt ſequens Gloſſa. Ἴνβιστον, ἤγουν οἰκεῖον. quod ſenſum plane nullum habet. probabiliter pro ἴνβιστον conjicere licet δομέστικον. hac correctione omnis difficultas eſſet amota: ſed quia locus forte ad Legem quamdam pertinuit, melius poſſet legi: Ἴνβιστον. ἤγουν εἰς οἶκον.

 Ἰν-

Ἰνδικατιὼν, ἐκδικητική. Corrigit Praeſtantiſſimus Editor: Βινδικατίων. Moneo tantum Recentiores etiam ϐινδικατίων ſcripſiſſe; auctoritatem interponit Synopſis Baſilicῶn Lib. LII. Titul. *de Action. ex variis cauſ. naſc.* cap. 24. pag. 446. Ὅτι τῶν ἀγωγῶν δύο εἴδη εἰσίν. ἢ γὰρ ἰν ῥὲμ εἰσὶ, καὶ καλοῦνται ϐινδικτίονες. mendoſe in Editione exprimitur καλοῦντα. καλοῦνται eſt in MS. Bibliothecae Batavae, nec aliter in Codice, quo uſus eſt C. Labbaeus. vide ejus Obſervat. pag. 158. Non ſine ratione igitur exiſtimo, hic olim etiam fuiſſe: ϐινδικατιὼν. ἐκδικητική. In MS. Cl. Wolfii eſt inverſis literis ἰϐδικατίων. quod meam auget conjecturam. adde Scholion ad Synopſ. Baſilic. *d. l.* quod habuit Labbaeus: Ουινδικτίων λέγεται ἡ ἐκδίκησις. ſic ϐίνδικτα, quod infra explicatur ἐκδικουμένη, nec ibi cum Editore corrigi debet ϐινδικάτα; nam uti ϐινδικτίων pro ϐινδικατίων, ita ϐίνδικτα pro ϐινδικάτα ſcripſerunt.

CAPUT X.

Indicii vel Indicinae praemium, Graecis μήνυτρον, *quid? Paulo & Ulpiano lux. Apulejus & Scholia Baſilicorum corriguntur, Gloſſae Nomicae quater emendantur, & explicantur.*

Ἰνδιξ. ἑρμηνεία. ὑπόμνημα. καὶ ἰνδίκιον μήνυσμα.

Lege:

Lege: μηνύματα *Indicii* vel *Indicinae* praemium hic latere exiſtimo; *praemium* ſcilicet, quod ob indicium conprehendendi furis, vel ſervi, qui in fuga eſt, promittitur. Paulus II. Sentent. Tit. 31. §. 24. *Ob indicium comprehendendi furis praemium promiſſum jure debetur.* illa indicii praemia μηνύτρα vocant Graeci. Sic in Scholiis Baſilic. ad *L.* 4. §. 3. *D. de condict. ob turp. vel injuſt. cauſ.* ὅτι τὰ μηνύτρα ἀναδίδοται ὁπότε διὰ τὸ καταμηνῦσαι τὸν κλέπτην, ἢ τὸν φυγάδα. vitio laborant haec verba. poſt φυγάδα inſerendum δίδοται, monent in margine, & hoc in verſione ſua expreſſit Fabrottus. male. nec opus eſt, ut verbum intrudatur. Scribe minori motu: ὅτι τὰ μηνύτρα ἀναδίδονται, οἷον διὰ τὸ καταμηνῦσαι τὸν κλέπτην, ἢ τὸν φυγάδα. jam non eſt, quod quemquam remoretur. μηνύειν ſimpliciter vocant furem vel fugitivum indicare, auctore Phavorino, qui quaedam a Veteribus habet, hodie alibi haud invenienda. Μηνύειν, ait, ἐστὶ τὸν κλέπτοντά τινα δεικνύειν, ἢ φεύγοντα, ἢ τοιοῦτό τι ποιοῦντα. Luculenter admodum Apulejus, eruditiſſimus Auctor, Lib. VI. pag. 175. Ed. Vulc. Cujacius, qui de his indiciis pauca quaedam notavit XI. Obſerv. 18. Apulejum quoque memorat, ſed locum, nec integrum, nec emendate, productum video. operae igitur eſt, ſi eum repetam, ut &

levo

leve vitium obiter emendem. Sic ait: *Nec te praeterit utique quanto jam tempore deliteſcentem ancillam nequiverim reperire! Nil ergo ſupereſt, quam tuo praeconio praemium inveſtigationis publicitus edicere. Fac ergo mandatum matures meum, & indicia quibus poſſit cognoſci, manifeſte deſignes —— & ſimul dicens; libellum ei porrigit, ubi Pſyches nomen continebatur &c.* Jam vero indicinae praemium proponit Mercurius: *Si quis a fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitivam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Pſychen, conveniat retro metas Murtias Mercurium Praedicatorem, accepturus indicii nomine ab ipſa Venere ſeptem ſuavia ſuavia, & unum blandientis adpulſum linguae longe mellitum.* vides mellitius refingi poſſe: *& unum blandientis linguae adpulſu longe mellitum.* nam in animum revoco, quae Lib. I. pag. 105. haud minus amatorie exſtant: *Et occurſantis linguae illiſu nectareo prona cupidine adlubeſcente.* Jam ad Praeconem revertor. vidimus publice praemia illa hic proponi, nec non apud Petronium Cap. 97. *Intrat ſtabulum Praeco cum ſervo publico, aliaque ſane modica frequentia, facemque fumoſam magis, quam lucidam quaſſans haec proclamavit: Puer in balneo paulo ante aberravit annorum circa*

XVI.

XVI. *criſpus, mollis, formoſus, nomine Gyton: ſi quis eum reddere aut commonſtrare voluerit, accipiet nummos mille.* Iterum me elegantia ſua revocat Apuleius Lib. VII. pag. 204. *Inſit dejerans nullum ſemet vidiſſe ductorem, ſed plane concinnatum; ſolutum; & ſolitarium ob indicinae praemium occupaſſe: domino tamen ſuo reſtiturum.* Inter privatos etiam promitti ſolebant *indicia*; ut videre eſt apud Paulum; quem ſupra advocavi, cui Ulpianum junge in *L.* 2. §. 2. *D. ad L. Fabiam de Plagiar. Si quis Titio mandaverit ſervum fugitivum adprehendendum, ut ſi adprehendiſſet, eum emtum haberet.* Et haec quidem notare volui; ut indicarem, quid per *indicium* voluerint Gloſſarum Auctores.

In V: Ἰνοφφικιόσοι in fin. οὔτε δὲ χωρὶς συμφώνου οὔτε ἀρχικῆς κελεύσεως δύναται ὁ δανειστὴς πιπράσκειν τὸ ἐνέχυρον. Bene indicavit Cl. Editor haec ex *L.* 11. *C. de pignerat. action:* eſſe deſumta. Sed ad vocem πιπράσκειν notat. „*In d. l.* 11. *dicitur* auferre, *quod aliud eſt quam vendere.* Dicam ſaltem non errare Gloſſographum, nam *auferre* ibi eſt *vendere*, interpretantibus Graecis: diſerte enim Baſilici tom. IV. pag. 17. οὐδὲ γὰρ ἔξεστι τῷ δανειστῇ χωρὶς συμφώνου καὶ ἀρχικῆς κελεύσεως ἀφαιρεῖσθαι τὰ πράγματα τοῦ χρεώστου, τουτέστιν διαπιπράσκειν αὐτά. *nec enim licet creditori citra conventionem, & praeſi-*

dalem juſſionem res debitoris auferre, hoc eſt, eas diſtrahere.

Ἰνοφφιτζίοσο. τουτέστι τῆς διαθήκης τῆς γινομένης χωρὶς ἔργῳ φιλανθρωπίας. Praeſtantiſſimus Editor corrigit: χωρὶς ἔργων. motu minimo lege, χωρὶς ἔργου.

In V. Ἰρὲμ βεκτιγάλια —— βεκτιγάλιοι δὲ εἰσὶν ἀγροὶ πόλεων διηνεκῶς μισθούμενοι ἐπὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ ὅρῳ, ἵνα ἐφ' ὅσον δίδωται τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ βεκτιγάλιον τέλος μὴ ἐκβάλλονται. Lege: ἵνα ἐφ' ὅσον δίδοται τὸ ὑπὲρ αὐτῶν —— μὴ ἐκβάλλωνται.

In V. Ἰνρὲμ βέρσο. —— ὅτε εἴπερ ἦν ἐλεύθερος ὁ δαπανήσας ἔμελλεν ἔχειν τὴν μανδάτον. Deſumta haec ſunt ex Baſil. *L.* 3. §. 4. *D. de in rem verſ.* ubi rectius: ὁ δαπανήσας ἤμελλεν ἔχειν. Sequitur: ἅπερ οὐκ ἂν ὁ δεσπότης ἐποίησεν. quod rectius, quam in Baſilic. *d. l.* δεσπότης ἐποίει. Deinde: οὐκ ἔστι δαπάνημα, ἀλλὰ ἄδειαν ἔχει ὁ δεσπότης συγχωρήσειν τοῖς δανεισταῖς ὠφελεῖν αὐτά. corrige: συγχωρῆσαι, uti in Baſilic. vitioſe autem ibi αὐτὸ, pro αὐτά.

CAPUT XI.

Gloſſae Nomicae ter emendantur, & explicantur. Vetus lectio Iſidoro reſtituitur ex optimo Codice. Scholia Theophili explicantur & leviter emendantur. Gloſſae ineditae ex MS. producuntur.

Ἰνρὲμ προπάρτε. αὕτη ἁρμόζει δύο μερδικοῖς δεσπόταις, ἀναλόγως τῷ ἑκάστῳ ἁρμόζει διεκδικοῦσα κατὰ τῆς ποτζιαλίας ἰνρὲμ διάσιξιν. Pro μερδικοῖς δεσπόταις, rectius legi poteſt, μερικοῖς δεσπόταις. deinde quid ſit ποτζιαλίας, non intelligo. Scripſit Schultingius. „ *An δεσποτζιαλίας, ut δεσποτζιαλία ſit actio de* dominio *a verbo corrupto ex verbo* δεσπότης. Sed, ut verum fatear, rem acu haud tetigiſſe mihi videtur Vir Clariſſimus. Interim judicabit Lector, an reſtituendum ſit: κατὰ τῆς παρτιαρίαν ἰνρὲμ διάσιξιν. aut poteſt ſcribi παρτιαλίαν: nam ρ & λ ſedes invicem permutare ſolent.

In V. Ἰνρὲμ Σερβιάνη. in fin. κυρίως γὰρ ἐνέχυρον λέγεται τὸ δοθὲν τῷ δανειστῇ· τὸ γὰρ ὑποτεθὲν διὰ συμφώνου ὑποθήκη. Hic conferri velim Iſidorum, cui vitium vetuſtum inſidet, fruſtra a Viris Eruditis ſanatum. verba Iſidori Lib. V. Orig. cap. 25. *Hypotheca eſt, cum res aliqua commodatur ſine depoſitione pignoris pacto, vel cautione ſola interveniente.* Eadem habet Papias in Vocabulario depravatos Iſidori Codices ſecutus. Iſidorus enim, qui egregia ex Jure habet, docere noluit, Hypothecam eſſe, cum res aliqua *commodatur.* illud potius Librariorum oſcitantiae ferimus acceptum. Binas ad hunc locum ſuſpiciones proponit Noodtius II. Obſerv. 7. Pro *commodatur* ſcribit, *connodatur*, vel, *obligatur*, poſterio-

rem ſequitur Schultingius ad Paulum II. Sentent. Tit. 4. mihi neutra ſatisfacit. Nam in vetuſto & emendato admodum Codice veram Auctoris manum deprehendi, (ſi modo Iſidori manus ſit dicenda, nam pleraque, quae in hoc Libro habentur, ſunt veterum Juriſconſultorum loca, quibus hodie caremus, ab Iſidoro conlecta ac diſpoſita.) Codex ille legit: *Cum res aliqua* commutatur *ſine depoſitione pignoris pacto vel cautione ſola interveniente.* & hoc verum puto: nam res quae hypothecae datur, quaſi *commutari* dici poteſt.

Ἰνστίτορες. οἱ κάπηλοι, ἐργαστηριακοὶ. Non ignoro, τὸ ἐργαστηριακοὶ etiam haberi apud Harmenopulum Lib. VI. Tit. 14. §. 3. εἴτε ἔνοικος, εἴτε ἐργαστηριακός. Sed alio ibi ſenſu. hic legi debet: ἐργαστηριάρχαι. Excerpta ex Veteri Gloſſario: Ἐργαστηριάρχαι. *Inſtitores.*

Ἰνστοῦρκτον. τραπεζοκρόββατον. Ad partes vocanda ſunt quae ad hanc vocem ſcripſit Cl. Editor. „*In ſequentibus ſcriptum quoque eſt* ἴνστρουρκτον. *verum eſt* ἴνστρουκτον. *Du Cangius quoque in Verb.* τραπεζοκρόββατον *ex Gloſſ. MSS. profert* ἰνστρουμέντον, τραπεζοκρόββατον. *Diſſitendum tamen non eſt, interpretationem verbo ipſi non reſpondere. poſſet quis tentare* ἰνστράτουμ, *de quo agit L. 45. D. de verbor. ſignification. Sed videtur lectio vulgata eſſe ab ipſo Auctore.* Haec quidem

dem Schultingius: ſed nollem praeſtantia ingenia exercuiſſet hic locus, & licet Auctor ἰνστεράτυμ, quod conjicit Vir Clariſſimus, ſcripſiſſet, eadem maneret difficultas, qua nunc inplicemur. nam τεραπιζοκεράββατον vox eſt ignota, & unice librariis inputanda. quod autem Du Cangius ex Gloſſis MSS. etiam exhibuerit τεραπιζοκεράββατον, id plane nullius eſt auctoritatis, ſi quidem ex multis mihi conſtet, iiſdem codicibus in Bibliotheca Regia uſum fuiſſe Du Cangium, ex quibus haec edidit Labbaeus. & praeterea ad teſtimonium dicendum vitioſa lectio non debet advocari. quid multa! locus levi manu poterit in integrum reſtitui. Repone: Ἴνστρυκτον. τράπεζαν, κράββατον. Ita quoque in Gloſſa ſequenti ſtatuendum, ubi Labbaeus vitioſe, opinor, produxit ἴνστρυμεκτον, pro ἰνστρυμέντον quod habet Ducangius, & poſſet retineri ἰνστρυμέντον. nam in eam rem adpoſite admodum Scholia Theophili ad §. 17. *Inſt. de Legat.* στρῦκτον κυρίως ἐστὶν ἡ εὐτρέπησις. τὸ αὐτὸ δέ ἐστι καὶ τὸ ἰνστρυμέντον. pro στρῦκτον, lege: ἴνστρυκτον, vel ἴστρυκτον. eo forte reſpiciunt Gloſſae veteres MS. *Inſtrumento. ornamento.* Sed non adeo notum eſt, quid per εὐτρέπησιν voluerint Scholia. dicam per hanc vocem id intelligi, quod per ἐνθήκας in *L.* 34. §. 1. *D. de Legat.* II. nec non in Novell. CXXVIII. Cap. 8.

& hoc obiter quidem. Utrumque igitur defendi poſſet ἴνστρουκτον & ἰνστρουμέντον. nihilominus tamen in loco noſtro ἴνστρουκτον eligo: nam protinus animadverti Gloſſam pertinere ad *L.* 20. §. 8. *D. de Inſtruct. vel Inſtrum. legat.* ubi Scaevola: *Inſtructis domibus legatis* GRABATUS *argento inaurato tectus, mortis Titiae tempore* &c. aut ad *L.* 12. §. 28. *d. t.* Verba ſunt Ulpiani: *Proinde ſi fundus ſit inſtructus legatus, & ſupellex continebitur, quae illic fuit uſus ipſius gratia; & veſtis non ſolum ſtragula, ſed & qua ibi uti ſolebat;* MENSAE *quoque eboreae, vel ſi quae aliae.* adde §. 43. *domo inſtructa legata,* MENSAS *eboreas & libros non contineri.* Et cum ait Auctor, ἴνστρουκτον. τράπεζαν, κράββατον, verbo tantum enumerat, quid *inſtructo* continetur. ita Iſidorus Lib. V. Origin. cap. 25. *Inſtructum, quod per inſtrumentum efficitur: ut baculus, codex, tabula.* Luculenter admodum Paulus Lib. III. Sententiar. Tit. 6. §. 56. *Inſtructa domo legata, legato continentur* — LECTI, *culcitae, pulvini, ſubſellia, cathedrae,* MENSAE *&c.* ſic ſolent Juriſconſulti, quid inſtructo, quid inſtrumento contineatur, enumerare. Grabatus autem ſeu grabatulus quid fuerit & quibus uſibus inſervierit, nemo non neſcit. Confer Apulejum Lib. I. Metamorph. pag. 94. *Eumque accubantem exiguo admodum grabatulo &*

com-

commodum coenare incipientem invenio. Supellectilis deſcriptionem adcuratam dedit Doſitheus Magiſter in Gloſſario inedito. nec ibi retulit τραπεζοκράββατον. equidem vero ſeparatim. *κλίνην, lectum. τράπεζαν, menſam. κλίνη* vero eſt *τὸ κραββάτιον*, Suida interprete, quae omnia noſtram augent ſuſpicionem.

Caput XII.

Gloſſae Nomicae novies emendantur, ſemel defenduntur.

Ἰντάρδικτον. Διαλέξεων ἢ ὁμιλιῶν πρότερον μεταξὺ δύο ἀμφισβητούντων περὶ νομῆς. Non ſufficit a Viro Clariſſimo corrigi, ἰντέρδικτον, aliud latet vitium, quod tamen haud praeteriri debet: refingendum enim: ἰντέρδικτον. Διαλέξεων ἢ ὁμιλιῶν πραιτώρων κ. τ. λ. mox ſequitur: ἰντέρδικτόν. ἐστιν ὁμιλία πραίτωρος.

In V. Ἰντέρδικτόν ἐστιν ὁμιλία —— καὶ νομὴ μέν ἐστι φυσικοῦ πράγματος κατοχή. Repone: φυσικὴ πράγματος κατοχή. Harmenopulus Lib. II. Tit. I. §. 1. νομή ἐστι φυσικὴ κατοχὴ κ. τ. λ. In fine: δίδοται καὶ τοῦ ὑσουφρούκτου. Lege: δίδοται καὶ τῷ ὑσουφρουκτουαρίῳ.

In V. Ἰντέρδικτον δεκωδ. λεγατόρουμ. In fine: καλῶς ἐπενοήθη τοῦ κληρονόμου ἡ παρακατάσχεσις τοῦ τρίτου μέρους. Lege: τῷ κληρονόμῳ, quod etiam exhiberi video in *L.* 1. *C. quod Legat.*

& hoc obiter quidem. Utrumque igitur defendi poſſet ἴνστρουκτον & ἰνστρουμέντον. nihilominus tamen in loco noſtro ἴνστρουκτον eligo: nam protinus animadverti Gloſſam pertinere ad *L.* 20. §. 8. *D. de Inſtruct. vel Inſtrum. legat.* ubi Scaevola: *Inſtructis domibus legatis* GRABATUS *argento inaurato tectus, mortis Titiae tempore* &c. aut ad *L.* 12. §. 28. *d. t.* Verba ſunt Ulpiani: *Proinde ſi fundus ſit inſtructus legatus, & ſupellex continebitur, quae illic fuit uſus ipſius gratia; & veſtis non ſolum ſtragula, ſed & qua ibi uti ſolebat;* MENSAE *quoque eboreae, vel ſi quae aliae.* adde §. 43. *domo inſtructa legata,* MENSAS *eboreas & libros non contineri.* Et cum ait Auctor, ἴνστρουκτον. τράπεζαν, κράββατον, verbo tantum enumerat, quid *inſtructo* continetur. ita Iſidorus Lib. V. Origin. cap. 25. *Inſtructum, quod per inſtrumentum efficitur: ut baculus, codex, tabula.* Luculenter admodum Paulus Lib. III. Sententiar. Tit. 6. §. 56. *Inſtructa domo legata, legato continentur —* LECTI, *culcitae, pulvini, ſubſellia, cathedrae,* MENSAE *&c.* ſic ſolent Juriſconſulti, quid inſtructo, quid inſtrumento continetur, enumerare. Grabatus autem ſeu grabatulus quid fuerit & quibus uſibus inſervierit, nemo non neſcit. Confer Apulejum Lib. I. Metamorph. pag. 94. *Eumque accubantem exiguo admodum grabatulo &*

com-

commodum coenare incipientem invenio. Supellectilis deſcriptionem adcuratam dedit Doſitheus Magiſter in Gloſſario inedito, nec ibi retulit τραπεζοκράββατον. equidem vero ſeparatim. κλίνην, *lectum.* τράπεζαν, *menſam.* κλίνη vero eſt τὸ κραββάτιον, Suida interprete, quae omnia noſtram augent ſuſpicionem.

CAPUT XII.

Gloſſae Nomicae novies emendantur, ſemel defenduntur.

Ἰντάρδικτον. Διαλέξεων ἢ ὁμιλιῶν πρότερον μεταξὺ δύο ἀμφισβητούντων περὶ νομῆς. Non ſufficit a Viro Clariſſimo corrigi, ἰντέρδικτον, aliud latet vitium, quod tamen haud praeteriri debet: refingendum enim: ἰντέρδικτον. Διαλέξεων ἢ ὁμιλιῶν πραιτώρων κ. τ. λ. mox ſequitur: ἰντέρδικτόν. ἐστιν ὁμιλία πραίτωρος.

In V. Ἰντέρδικτόν ἐστιν ὁμιλία —— καὶ νομὴ μέν ἐστι φυσικοῦ πράγματος κατοχή. Repone: φυσικὴ πράγματος κατοχή. Harmenopulus Lib. II. Tit. I. §. 1. νομή ἐστι φυσικὴ κατοχὴ κ. τ. λ. In fine: δίδοται καὶ τοῦ οὐσουφρούκτου. Lege: δίδοται καὶ τῷ οὐσουφρουκτουαρίῳ.

In V. Ἰντέρδικτον δεκωδ. λεγατόρουμ. In fine: καλῶς ἐπενοήθη τοῦ κληρονόμου ἡ παρακατάσχεσις τοῦ τρίτου μέρους. Lege: τῷ κληρονόμῳ, quod etiam exhiberi video in *L.* 1. *C. quod Legat.*

gat. in Baſilic. tom. V. pag. 447. ubi confer Scholiaſten : ſequitur: ὅταν λήγατοι ἐντληθῇ. recte quidem Vir Cl. ληγάτοις reponit, non vero ἐξαντληθῇ. quae mutatio haud neceſſaria eſt. vulgatam etiam defendunt Graeci in Baſilicis *d. l.*

Ἰντέριτος λέγεται. ἡ ἀφο . . . ι βίβαι ἢ, τὸ ζῆσαι. Quod intercidit leviſſimo remedio poterit reſtitui, legendo: Ἰντέριτος. λέγεται ὁ ἀφανισμὸς, βίβαι ἢ, τὸ ζῆσαι. Philoxenus: Ἀφανισμός. *interitus.* poſſet etiam reponi: ἡ ἀφάνισις.

Ἰντερκαπέδω πασιναντζίονος, ἤτοι διάστημα φυτιῶν: rectum eſt: Ἰντερκαπέδο πλανβατζίονος. pertinet ad Legem Solonis quae refertur in Digeſtis *L. ult. fin. regund.*

Ἰνφάκτυμ. τῆς ἁπλῆς ἀπαιτήσεως ἀγωγή. ἤτοι προσποίησις MS. Cl. Fabricii, quo uſus eſt Eruditiſſimus Theologus, J. Alberti, exhibet, ἤτοι ποίησις: vitioſe. Repone: ἤτοι προσποίησιν. praeceſſit: ἰνφακτοῦμ. τὸ ἀζήμιον, καὶ εἰς ἔργον ἀγωγή.

Ἰοῦρα. ἡ τοῦ δυνατοῦ προσηγορία. quid hoc ſibi velit non intelligo. Repone: ἡ τοῦ δικαίου προσηγορία. ſenſu perſpicuo.

Ἰοῦρε. νόμος δίκαιος. ſcribe: νόμος, δίκαιον: aut, quod praefero, δικαίως. Gloſſarium, quod Cyrilli nomine circumfertur. *Jure.* Δικαίως.

Ἴσαυροι: οἱ ἅρπαγες, οἱ φονεῖς, καὶ οἱ χοσιάριοι: Eadem erant in Excerptis Voſſianis. amplector nihilominus emendationem Du

Can-

Cangii pro χωσιάριοι reponentis κουρσάριοι Harmenopulus Ἰσαύρους & λῃστὰς conjungit, nec aliter in *L.* 8. *C. de Feriis.* in Baſilicis tom. I. pag. 379. Ceterum, quae ad inluſtrationem hujus loci notari poſſent, pleraque jam notata vidi ab Eruditiſſimo Codicis Theodoſiani Interprete, quem conſule ad *L. ult. de Quaeſtionibus.*

Ἰφφαύδεμ. ἀπαίτησις, παραγραφή. Legendum ἰνφραύδεμ vides cum Cl. Editore. Sed corrige ſimul περιγραφή. quod auctoritate Theophili ſe commendat, Sic enim ille ad §. 6. *Inſt. de Actionib.* ἐν ᾧ πρὸς περιγραφὴν αὐτῶν γέγονεν ἡ ἐκποίησις, *cum alienatio haec in fraudem ipſorum facta ſit.*

Caput XIII.

Gloſſae Nomicae octies emendantur, explicantur, bis defenduntur. Iſidorus & Curopalates leviter corriguntur.

In V. Κάγκελλον —— κάγκελλον: ἔνθεν Καγκελλάριοι ἐν αὐτῷ ἑστηκότες· δύο γὰρ ἦσαν μόνοι. ſyllaba geminata, lege: Καγκελλάριοι οἱ ἐν αὐτῷ ἑστηκότες. Quod poſtea etiam in Lexico Cyrilli MS. confirmatum inveni. Confer ad hunc locum quae habet Papias: *Cancellarius, qui in cancellis primus eſt.* Idem: *Cancelli ligna ſubtilia in tranſverſum facta, in modum retis: nunc & de lapidibus fiunt.*

Καλάνδα. αἱ πρῶται ἑνὸς ἑκάϛȣ μίωὸς ἡμέραι. Reponendum Καλάνδαι nemo non videt. Gloſſarium Cyrilli nomine notum: Καλάνδαι. *Calendae. ſingulare non habet.*

Καμηλαύνιον. παρὰ τὸ καῦμα ἐλαύνειν. Scribitur etiam apud alios καμηλαύνιον. mallem tamen καμηλαύκιον, quam veram lectionem exiſtimo. καμηλαύκιον diſerte apud Etymologum Magnum non uno in loco. Conf. in V. Πῖλος, Καύσια, & in Κίδαρις. explicatur ibi: ἐκ τριχῶν ὕφασμα, Καμελαύκιον, ἢ περίθεμα κεφαλῆς, πῖλος βασιλικός. hanc ſcripturam etiam tuentur Latini. Gloſſae, quae Iſidoro adſcribuntur. *Galeros. calamancos.* Eruditiſſ. Turnebus & eum ſecutus Graevius reponunt. *calemaucos.* Scio Salmaſium in Exercitat. Plinian. tom. I. pag. 556. utramque ſcripturam, *calemaucum* & *camelaucum* admiſiſſe. non accedo: hanc confuſionem librariis potius acceptam refero. meliores enim Codices ſemper praeferunt *camelaucum.* Apud Anaſtaſium Bibliothecarium in quibuſdam locis etiam legitur *calemaucum;* at in emendatis MSS. recte *camelaucum,* teſte, qui ea inſpexit, Fabrotto. Lego igitur apud Iſidorum: *Galeros. camelaucos.* miror Cl. Graevium, qui etiam utramque ſcripturam probat apud eundem Iſidorum in V. *Pileum. calamaucum.* corrigere *camelaucum,* cum unius literulae mutatione poſſet legi, *calemau-*

mau-

maucum, ni ea lectio vitio librariorum nata eſſet.

Καυςϱάτωϱ. ὀνῦχος. Labbaeus corrigit, καςϱάτος. rectius reſcripſiſſet: καυςϱάτος. nec enim hoc ſcripturae vitium eſt. aevo recentiori καυςϱάτος aeque ac καςϱάτος ſcripſerunt. ſic & καυςϱίσιον & καςϱίσιον. & id genus plura. qui hoc ignorarent, vidi bene multos, quique talia peſſime corrigerent. Summus Salmaſius ad Lamprid. in Alexandro Sev. cap. XLI. teſtatur in antiquis libris Harmenopuli & Theophili manu exaratis ſemper pro κάςϱλσιον, καυςϱέλσιον ſcriptum inveniri. καυςϱίσιον invenies quoque in Synopſi Baſilic. Lib. LVII. Tit. 2. Cap. 1. pag. 478. & in Scholiis eorum quae habuit Labbaeus, καυςϱίσια. ἤτοι ἰδιόκτητος.

Κάϱτι δοϱϱυςτίων. χάϱτης ἀποκοπεύς. Notat Cl. Editor. „ *Si hic & ſequenti gloſſa legamus* ἀϱχῆς ἀποκοπή, *erit quidem ſenſus, at non juri conveniens, nec enim magiſtratus vel dignitatis ablatio eſt capitis deminutio. §. 5. Inſt. de capit. deminution. Lectio vulgata prorſus inepta eſt.* Merito quidem ſuſpicatur Vir Cl. ἀποκοπή. hic autem *dignitatis* vel *magiſtratus* mentio nulla facta fuit. error ex ſola pronuntiatione ortus eſt. κ enim quidam ut χ pronuntiarunt, quod notum, & χάϱης ſcriptum eſt pro χάϱτης, aut χάϱτις. nam η & ι promiſcue. id vero pro

κάπιτις. ſi igitur legamus: κάπιτις, aut χάρτης ἀποκοπὴ, nihil eſt quod juri obſtet.

Κατόντα. ἐκπίπτοντα. Haud faciendum cum Viro Clariſſimo, qui pro κάσοντα ſubſtituit κάσοντα ἐκπίπτοντα. male: κασόντα a κασὼν, *cadens*, notum recentioribus Graecis.

Καστελοτίκ. παρεμβολὰς ἄρχων ἢ τομεὺς ἢ παρέτης. Locus eſt corruptiſſimus. adeſt hac emendatione Du Cangius: Καστέλιος — ὑπηρέτης. bene quidem: ſed non ſufficit ea correctio. plura laborant, quae tamen ſanari par eſt. Repone: Καστέλιος. παρεμβολὰς, ἀρχόντων ἐντολὰς, ὑπηρέτης, vel, ἢ ὑπηρέτης.

Κάστρον. ἤγουν φοσσάτον. Nihil quidem hic eſt, quod medicina indigeat. memini tamen ea quae Erudit. Fabrottus ad Gloſſarium Cedreni notavit. ubi ad Voc. φοσσάτον ita loquitur. „ φοσσάτον *pro caſtris ſumi dicam ibi* (ad Gloſſas Nomicas) ξὺν θεῷ. & quod vir Inſignis promiſerat, hic praeſtare conuitar. nec, ſi verum fatear, difficile illud eſt. *Foſſata* enim pro *Caſtris* ſumi omnibus palam fit ex *L.* 3. §. 4. *D. de Re Milit.* ubi Modeſtinus: *is qui exploratione emanet, hoſtibus inſiſtentibus, aut qui a foſſato recedit, capite puniendus eſt.* Locuples teſtis etiam accedat Anna Comnena Lib. VIII. pag. 231. καὶ λοιποὺς προσέταξε διὰ πάντας τῶν φοσσάτων διακηρυκτεῦσαι τὸν ἐς τὴν αὔριον ταμιευθέντα πόλεμον. *&* *ceteris negotium dedit indicendi*

di per caſtra univerſa in diem poſterum praelii. Confer Graecos in Baſilic. in *L.* 4. *D. de Caſtrens. pecul.* tom. VI. pag. 754. Στρατιωτικά εἰσιν, ὅσα συγχωρηθὲν τοῦ πατρὸς ἀπαγάγῃ εἰς τὰ κάστρα, ἤτοι φοσσάτα. Tertyllianus in *d. l.* ſimpliciter ſcripſerat: *quae tulit ſecum in caſtra.* ſed Graeci: εἰς τὰ κάστρα ἤγουν φοσσάτα, &, ne plura addam, adde Harmenopulum Lib. I. Tit. 16. §. 8.

Κάτζα ὑποδήματα. Viri Docti emendant, κάλτζα. Sed non dubito, quin olim fuerit, κάλτζαι. αἱ τάλτζαι κόκκιναι habes apud Curopalaten. pag. 17. in fin. ſed ſcribe: κάλτζαι. infra apud Eundem pag. 23. αἱ κάλτζαι καὶ τὰ ὑποδήματα ἠερινά. *caligae & calcei coloris aërii* adcommodate admodum ad hunc locum.

Καυσαγώγητα. τῆς αἰτίας διαγνωσθείσης. Facile poſſunt reſtitui haec verba legendo: Καύσαις ἐγνωσμένης. τὰ τῆς αἰτίας διαγνωσθείσης. optime in Gloſſis Philoxeni, quae multa habent ex Libris Juriſconſultorum: τῆς αἰτίας φανείσης, *cauſa cognita.*

Καυσατίωνος. δίκαιος. lege: δικαιώσεις, vel δικαιώσεως. Cyrilli Lexicon MS. καθοσίωσις. δικαίωσις. Gloſſae: *Juſtificatio* δικαίωσις.

Caput XIV.

Gloſſae Nomicae bis emendantur, ſaepius explicantur. Suidas & Cyrillus leviter corriguntur. Suſpicio de lectione Pauli. Verba Aniani ex MSS. producuntur. Gloſſae Nomicae augentur ex MS. Eaedem emendantur. Locus Philoxeni corruptiſſimus reſtituitur.

Κλιβανάριοι. ὁλοσίδηροι· κλίβανα γὰρ οἱ ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλύματα καλοῦσι, ἀντὶ τοῦ καλαμεῦα. ſcribe: καλύμματα, & ita a Du Cangio recte citari video. Qui hic κλιβανάριοι vocantur, apud alios ſcriptores dicuntur τζάκωνες. Quid autem ſint κλίβανα, explicuit nemo, quod ego quidem ſcio: non praetereo igitur inſignem locum Curopalatae de Official. Palat. pag. 69. Οἱ τζάκωνες δὲ μετὰ καπασίων, φοροῦντες καὶ ἐπάνω κλίβανα ἠερόεια, λέοντας περὶ τὸ στῆθος ἔχοντα ἰσαμβλύους λευκοὺς, ὁρῶντας ἀντικρὺ κατὰ πρόσωπον· ὡσαύτως καὶ ὄπισθεν. *Tzacones vero cum cuculionibus ferunt etiam induta ſibi clibana coloris aërii, habentia leones albos ſtantes ad pectus, qui contra in os ipſorum ſpectent, & a tergo ſimiliter.* κλίβανα luculenter deſcripta vides.

Κολουὸς. ὁ μισθωτός. Forte huic voci propriam ſtationem adſignavi, nam pertinere exiſtimo ad §. 7. *Inſt. de Action.* ubi Inperator

tor: *Serviaria autem experitur quis in rebus coloni.* recte Scholia Theophili ad *d. l.* ita referunt: κολωνὸν λέγει ὧδε τὸν μισθωτὸν κυρίως. alio ſenſu apud Cyrillum in Gloſſis. Μισθωτὸς. *mercenarius.* ita enim legendum. vitioſe editur: *mernarius.*

Κομμονιτάριον. ἐπιστολὴ προσακτική. Eadem habent Excerpta Voſſiana. merito emendaverat Vir Eruditus κομμονιτόριον. de hiſce Commonitoriis multa poſſent notari, multa praeripuit J. Gothofredus in Prolegom. ad Codicem Theodoſ. cap. V. adde Symmachum I. Epiſt. 62. *Singula autem tibi vel commonitorii ſeries indicabit, vel Rufus expediet.* & V. Epiſt. 24. *Multa Oceano, ut recordaris, & literis & commonitoriis implenda mandavimus.* bene igitur in Gloſſis ſequentibus: κομμονιτόριον. ἐπιστολὴ προσακτικὴ ἀποστελλομένη εἰς χώρας. eadem refert Suidas, ſed vitioſe editur κομμονητήριον. lege, κομμονητόριον, idem habet Cyrillus in Lexico MS. quod in Bibliotheca Voſſiana adſervatur.

Κομπρομισσάριος. δικαστής. αἱρετός. ſcribe mota diſtinctione, δικαστὴς αἱρετός. Confer Harmenopulum Lib. I. Tit. 4. §. 56. 57. 58.

Κονſνόντις. ἐπάρχοι ἐξ ἰσότητος οἱ δύο. Locus confuſus admodum ſic debet componi. Κονιούνſτι. (vel κονιούκτι) ἐξ ἰσότητος. Σεπάρατοι. οἱ δύο. pertinent illa ad Titulum *D. de hered. Inſtituend.* forte ad *L.* 63.

Κονδικτίτζιος. διδόμενη διπένσις. τουτέστιν. ἀπὸ καλοῦ

δα-

Caput XIV.

Gloſſae Nomicae bis emendantur, ſaepius explicantur. Suidas & Cyrillus leviter corriguntur. Suſpicio de lectione Pauli. Verba Aniani ex MSS. producuntur. Gloſſae Nomicae augentur ex MS. Eaedem emendantur. Locus Philoxeni corruptiſſimus reſtituitur.

Κλιβανάριοι. ὁλοσίδηροι· κλίβανα γὰρ οἱ ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλύματα καλοῦσι, ἀντὶ τοῦ καλαμεῶα. ſcribe: καλύμματα, & ita a Du Cangio recte citari video. Qui hic κλιβανάριοι vocantur, apud alios ſcriptores dicuntur τζάκωνες. Quid autem ſint κλίβανα, explicuit nemo, quod ego quidem ſcio: non praetereo igitur inſignem locum Curopalatae de Official. Palat. pag. 69: Οἱ τζάκωνες δὲ μετὰ καππασίων, φοροῦντες καὶ ἐπάνω κλίβανα ἠερόεια, λέοντας περὶ τὸ στῆθος ἔχοντα ἱσταμένους λευκοὺς, ὁρῶντας ἀντικρὺ κατὰ πρόσωπον· ὡσαύτως καὶ ὄπισθεν. *Tzacones vero cum cucullionibus ferunt etiam induta ſibi clibana coloris aërii, habentia leones albos ſtantes ad pectus, qui contra in os ipſorum ſpectent, & a tergo ſimiliter.* κλίβανα luculenter deſcripta vides.

Κολωνός. ὁ μισθωτός. Forte huic voci propriam ſtationem adſignavi, nam pertinere exiſtimo ad §. 7. *Inſt. de Action.* ubi Inperator

tor: *Serviana autem experitur quis in rebus coloni.* recte Scholia Theophili ad *d. l.* ita referunt: κολονὸν λέγει ὧδε τὸν μισθωτὸν κυρίως. alio ſenſu apud Cyrillum in Gloſſis. Μισθωτός. *mercenarius.* ita enim legendum. vitioſe editur: *mernarius.*

Κομμονιτάριον. ἐπιστολὴ προστακτική. Eadem habent Excerpta Voſſiana. merito emendaverat Vir Eruditus κομμονιτόριον. de hiſce Commonitoriis multa poſſent notari, multa praeripuit J. Gothofredus in Prolegom. ad Codicem Theodoſ. cap. V. adde Symmachum I. Epiſt. 62. *Singula autem tibi vel commonitorii ſeries indicabit, vel Rufus expediet.* & V. Epiſt. 24. *Multa Oceano, ut recordaris, & literis & commonitoriis implenda mandavimus.* bene igitur in Gloſſis ſequentibus: κομμονιτόριον. ἐπιστολὴ προστακτικὴ ἀποστελλομένη εἰς χώρας. eadem refert Suidas, ſed vitioſe editur κομμονητήριον. lege, κομμονητόριον, idem habet Cyrillus in Lexico MS. quod in Bibliotheca Voſſiana adſervatur.

Κομπρομισάριος. δικαστής. αἱρετός. ſcribe mota diſtinctione, δικαστὴς αἱρετός. Confer Harmenopulum Lib. I. Tit. 4. §. 56. 57. 58.

Κονγνόντις. ἐπάρατοι ἐξ ἰσότητος οἱ δύο. Locus confuſus admodum ſic debet componi. Κονιύγτι. (vel κονιύκτι) ἐξ ἰσότητος. Σεπάρατοι. οἱ δύο. pertinent illa ad Titulum *D. de hered. Inſtituend.* forte ad *L.* 63.

Κονδικτίτζιος δεβένη δεπένσις. τουτέστιν. ἀπὸ καλοῦ

δα-

δαπανήματος. Recte emendabat Labbaeus: ἐκ βένε δεπένσις. innuitur hic *negotiorum geſtorum actio*: quod enim in rebus alienis utiliter & probabili more inpendimus, negotiorum geſtorum actione poſſumus conſequi. ita loquitur Inperator Alexander in *L.* 11. *C. de negot. geſt.* & quod alibi me legere memini: τὸ καλὸν δαπάνημα εἰσάγει τὴν κονδικτίκιον. *quod utiliter inpenſum eſt poſſumus repetere.* & Graeci *ad d. L.* 11. in Baſilic. tom. II. pag. 339. ἐὰν ἄρα συνετῶς καὶ χρησίμως ἐδαπάνησεν: *utique ſi prudenter & utiliter impenderit.* Conf. inf. in V. ταξατίων. ubi τὰ ὀρθῶς καὶ ἀληθῶς δαπανηθέντα invenies. recte igitur in loco noſtro additur, ἀπὸ καλοῦ δαπανήματος. In MS. Gulielmi Fornerii erat: ἐκ τοῦ καλοῦ δαπανήματος; poſſis eligere quod placet, mihi perinde eſt. Vide ejus Select. II. Cap. 14. quae ibi commiſerit Vir Eruditus praetereo. Hanc gloſſam etiam in ſuo Codice repperit G. J. Voſſius, & ſequentia notaverat. „ *In Dictionario S. Germani verba iſta:* depenſi. ὑπερεκπενσίωνος. *referri debent ad* condictionem bene depenſi. *Id nimirum eſt, quod apud Paulum ignoravit Cujacius, itaque in iis S. Germani verbis ſubaudiendum eſt* ἀγωγή. *ut ſit* ὑπερεκπενσίωνος ἀγωγή. Haec quidem Voſſius. operae pretium eſt, ſi locum Pauli hic repetam. d. Lib. I. Sentent. Tit. 19. §. 1. *Quaedam actiones ſi a reo inficientur, duplan-*

plantur: velut judicati, depenſi, legati per damnationem relicti &c. jam ultro clareſcit, Voſſium Pauli verba magis quam ſenſum conſideraſſe. ſed in proprium uſum ea margini adleverat Vir Eruditiſſimus; adeoque hoc ei fraudi non erit. Jure merito τὸ *depenſi* Cujacio ſuſpectum viſum eſt. reponit igitur *depoſiti.* at licet re vera multum acuminis admoverit, rem tamen acu non tetigit. vide quae ibi notavit Cl. Schultingius. ſi mihi in hac tribu jus ſuffragii detur, melius, exiſtimo, legeretur: *depoſiti ex quibuſdam cauſis*, ut §. 23. *Inſt. de Actionib.* vel: *depoſiti interdum.* ut §. 26. *d. l.* ſed hoc majori molimine & audacius. aliam opinionem amplector potius. nam, licet & hoc audaculum, vocem *depenſi* delendam cenſeo, quae abſentia ſua ſenſum reddet commodum & perſpicuum. Obſervat Schultingius, *depenſi* haud meminiſſe Interpretem; ſed, quod magis eſt, nec interpretatio manu exarata, quam veteres libri MSS. exhibent, hujus vocis meminit. Hanc interpretationem, quia ab editis diverſa eſt, hic referre non erit intempeſtivum. ſic habet: *Si a debitoribus legitima, quae debentur, aut judicio addicta, aut legati titulo*, (excidit forte *relicta*) *negata fuerint, vel ſi damnum alicui per injuriam factum ſarcire noluerit, vel ſi in venditione minus inveniatur, quam probatur.*

tur ſcriptum, dupli ſatisfactione reddatur. Ex MS. Anglicano ſequentia ſuo loco poſſunt inſeri.

Κάςρον. παρεμβολὴ ἀσφαλής.

Κόμοδα. δόσις ἐπὶ σεισμῷ παρεχομένη. Eadem habet Suidas. In Gloſſis Nomicis editis ſimpliciter legitur: δόσις ἐπὶ σεισμῷ. Labbaeus conjecerat, ἐπὶ σιτισμῷ, ſed qui eruditam Meurſii explicationem legerit, Labbaei ſuſpicionem non adripiet. conſule Meurſium in Gloſſario Graeco-Barbaro in V. κόμοδα. Jam vero oblata occaſione conjecturam in loco corruptiſſimo Gloſſarum Philoxeni proponere haud vereor. ſic ait: *Commodum.* Σύμφορον. ὠφέλεια. τοσȣτονιω ονον. J. Rigaltius, Vir Clariſſimus, emendat: τὸ ςρατιωτικὸν ὀψώνιον. Quod lubens amplecterer, ſi veſtigia depravatae lectionis preſſius legiſſet. nec placet Vulcanii τὸ ὤναιον. legerim igitur: Σύμφορον. ὠφέλεια ἐπὶ τῶν νόμων. geminum plane exſtat in Gloſſario, cujus Auctor creditur Cyrillus: *Congiarium.* ἐπίδοσις ἐπὶ τῶν νόμων.

Κεντορίων. ὁ ςρατιωτῶν ἄρχων. Lege: κεντυρίων vel, κεντȣρίων.

Κόμπαρσο. ὅς συνέζευκται εἰς ὑπηρεσίαν τινὶ, ὁμοίως τῶν αὐτῶν ποιȣ̃ντα χρείαν. Scribe: κόμπαρσος. Depravatum quoque videtur illud ποιȣ̃ντα. bene Suidas, ἐκτελῶν.

Κόμης. ἄρχων.

Κώδικα. βίβλος περιέχȣσα νόμȣς.

Κταί-

Κτα΄ίζωρ. ταμίας. Lege: Κλήτωρ. ταμίας. Heſychius: Ταμίας. φύλαξ χρημάτων, προςάτης, διατάτης, οἰκονόμος, διοικητής. ita fere Suidas.

CAPUT XV.

Gloſſae Nomicae quinquies emendantur. explicantur. augentur ex MS. Iſidorus & Caſſiodorus corriguntur. Gloſſae, quae Iſidoro adſcribuntur, explicantur & defenduntur. Gloſſae ineditae ex MS. producuntur.

Λέγεις. παρὰ ῥωμαίοις οἱ νόμοι λέγονται. Eadem exſtant in Scholiis ad Synopſin Baſilicῶν, quae habuit Labbaeus. vide ejus Obſerv. pag. 120. ſed pro λέγεις, ibi λέγεα habetur, quod poſſet corrigi, niſi potius ſtatuendum ſit, ita ſcripſiſſe Recentiores.

Λίζελλοι. ἄγραφοι κατηγορίαι. Legitur in Scholiis MS. ad Synopſin Baſilicῶν, quae in Bibliotheca Batava ſervantur: λίζελλος. λέγεται ἡ ἔγγραφος ἀγωγή. hinc confirmatur Labbaei emendatio, qui repoſuit: ἔγγραφοι κατηγορίαι, quod perſpicuum & veriſſimum. ſic ἔγγραφος ἀσφάλεια dicitur *cautio*. ſic ἔγγραφον ὑπόμνημα Graeci *commonitorium* vocant.

Λίτεμ σύαμ. κατ' αὐτοῦ δίκην ἤγειρεν. Repone, καθ' ἑαυτοῦ. Theophilus ad *pr. Inſt. de Oblig. quae quaſ. ex delict. Litem ſuam* ἐποίησε. τουτέστι καθ' ἑαυτοῦ δίκην ἤγειρε. Baſilici in *L. ult. D. de Extraord. Cognitionib.* dicunt: κρίσιν ἰδίαν ποιεῖν. tom. VI. pag. 686.

Sequentia literarum ordini ex MS. Anglicano inſere.

Αεγέντια. ἀμνηςία, βασιλικὴ χάρις. Suidas legit: ἀμνηςεία.

Αεγήτιμος. ὁ νέμιμος κυράτωρ κατὰ τὺς νόμους διδόμενος.

Ληγάταρις. εἶδος ἄρχοντος. Scribe: ληγατάριος. Errat Auctor cum Suida:

Ληγάτον. τὸ ἐν διαθήκαις καταλιμπανόμενον. & hoc quidem melius, quam quod apud Suidam, λιμπανόμενον.

Sequitur in Editis.

Μαγιςρόκλωσος. ἄρχων τῆς ἀναγραφῆς. In Libro, quo in Bibliotheca Regia uſus eſt Briſſonius, erat: Μαγίςρος κένσυ. quod forte vera lectio: nam ſic etiam loquuntur Baſilici in *L.* 32. *C. de Donat.* tom. VI. pag. 220. ubi: Μαγίςρος τῶν κένσων. & in Scholiis eorum: αἱ γινόμεναι πράξεις ἐπὶ τῶν δωρεῶν, ἐν Κωνςαντινεπόλει μὲν παρὰ τῷ μαγίςρῳ τῶν κλώσων. *donationes, quae actis inſinuentur Conſtantinopoli apud Magiſtrum cenſus.* Sed non eſt, cur de lectione hujus loci laboremus: non dubito, quin vulgus dixerit μαγιςρόκλωσος. ita etiam legunt Excerpta Voſſiana, nec ſcriptura ſollicitanda eſt.

Μαλαφίδι. κακὴ πίςις. καὶ Μαλαφή. ἡ κακὴ νομή. Μαλαφὴ non eſt verbum nihili, uti exiſtimabat V. Cl. ſed corruptum pro μαλαφίδη, & hoc pro μαλαφίδι. κακὴ νομὴ autem eſt,

cum

cum quis rem mala fide ſciens alienam poſſidet.

Μάνι κάμινυς. ὀρθρίζομδμ, πρωΐας ἀδόμδμ. Viri docti reponunt: μανικάμυς. *manicare* ſcilicet verbum eſt ſequioris aevi, notat, *mane ire, accelerare*, explicante G. J. Voſſio. hoc quidem convenit cum τῷ ὀρθρίζομδμ. nam apud Philoxenum legi: ὀρθρίζω. *Luce vigilo.* vetus Onomaſticon habet: ὀρθρίζομαι. *anteluco.* verum quia adjicitur πρωΐας ἀδόμδμ, alio remedio ſubveniri poteſt: repone igitur, compoſitis propria ſede literis: μάνι κάνιμυς. quod aptiſſimum, & utrique interpretationi conveniens.

Μαϊστρᾶτοι. ἄρχοντες. Fruſtra hic locus ſollicitatur, nec enim Μαγιστρᾶτοι ſubſtituendum eſt. Suidas Μαΐστορ. ὁ διδασκάλυ. literas γ & ι aevo recentiori adhibentur promiſcue, & hoc notiſſimum exiſtimo. In veteri Inſtrumento Manumiſſionum in Eccleſia, quod ex membranis P. Danielis exhibuit Fornerius Pater Select. I. 4. ita habetur: *Auctoritas eccleſiaſtica patenter ammonet, inſuper & mageſtas regia Canonicae religioni aſſenſum praebet.* & ſimilia multa reperi in Vetuſtiſſimo Formularum libro MS. in Bibliotheca Batava.

Μαππαρίυς κ . . . . λὰ μδμ τινα. Μαππάριος· τὶς ὢν ὁ τῇ χειρὶ δεικνύων. κατὰ δὲ ἱστορίας ὅτι εἰώθησαν ἐν τῷ θεάτρῳ οἱ ὕπατοι ἀπωχεῖσθαι πρότερον, καὶ μετὰ τὴν ἀπωχίαν ῥίπτειν τὰ τῶν χειρῶν ἐκμα-

γεῖα, ἅπερ τῇ ῥωμαϊκῇ φωνῇ μάππα λέγεται καὶ ταῦτα ἀναλαμβανόμενα ὁ ἐπὶ τοῦτο τεταγμένον ὡς σύνθημα εὐθὺς τὸν ἀγῶνα ἐπετέλεσε, καὶ διὰ τοῦτο ἐλέγετο ὁ τοιοῦτος μαππᾶσθαι. Locus, qui integer exhiberetur digniſſimus, ut vitia, quibus inquinatus eſt, emendatione diluere conemur. Et haec quidem exhibet Gloſſator ex eodem fonte, quo ſua refert Caſſiodorus Variar. Lib. III. 51. qui mirifice ad inluſtrationem hujus loci facit. ſic ait Caſſiodorus: *Mappa vero, quae ſignum dare videtur Circenſibus, tali caſu fluxit in morem: cum Nero prandium protenderet, & celeritatem, ut aſſolet, avidus ſpectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, juſſit abjici per feneſtram: ut libertatem daret certaminis poſtulandi. Hinc tractum eſt, ut oſtenſa mappa certa videatur eſſe promiſſio Circenſium futurorum.* Obiter animadvertendum eſt vitium, quo locus inſignis leviter conmaculatur: nam: *ut libertatem daret certaminis poſtulandi* ſenſum nonnihil turbat. Repone: *ut libertatem daret certaminis poſtulati.* praecedit: *& celeritatem, ut aſſolet, avidus ſpectandi populus flagitaret.* firmat emendationem meam lectio manu exarata, quam exhibet Fornerius: *certaminis poſtulanti.* hinc reſinxi, *poſtulati.* haec quod ad cauſam Caſſiodori: Alia apud Gloſſographum expedienda

ma-

manent, cujus priora verba fere conclamata jacent. ad partes vocanda ſunt quae ſcripſit Praeſtantiſſimus Editor. „ *Meurſius V.* Μαπτάριος ita reſtituit, Μαπτάριος καλεῖται μανιπάριός τις ὢν, ὁ *&c. Du Cangius vero in eod. verb. pro* μανιπάριος *legit* μαπτάριος: *ſed lacuna & verba* λα μὲν. τινα *exigunt aliquid quod ſola librorum vetuſtorum ope ſuppleri poſſit.* Ut, quod res eſt dicam. fruſtra Gloſſatorem ſollicitarunt Viri Docti. quid enim Meurſii Μαπτάριος καλεῖται μανιπάριος? male quoque Du Cangius pro μανιπάριος reponit, μαπτάριος, & ita quidem verum loci ſenſum pervertit. videamus, an, quae temporum injuria exciderunt, conjectura poſſint adinpleri, hac ratione: Μαππάριος καὶ μὲν τινας Μανιπάριός τις ὢν ὁ τῇ χειρὶ δεικνύων. Nec dubito, quin haec ſibi reſtituta lubens accepturus ſit Auctor. quidam μαπτάριος, alii μανιπάριος dixerunt, &, ne res exemplo careat, confer in voce μοντίλιον. (l. μαντίλιον) nam eodem modo, quo μαπτάριος & μανιπάριος, ſic alii μαντίλιον, alii μανιτίλιον dixerunt. Suſpicionem auget Iſidorus Lib. XIX. Orig. cap. 26. *Mappae convivii & epularum appoſitarum ſunt quaſi manupae.* lege, *manuppae.* adſtipulatur Papias: *Mappae epularum ſic dictae: quaſi manuppae.* Pergit Gloſſator: τὰ τῶν χειρῶν ἐκμαγεῖα, ἅπερ τῇ ῥωμαϊκῇ φωνῇ μάππα λέγεται. ita plane veteres Gloſſae:

Ex-

Ἐκμαγεῖον *ſpongia*: χειρεκμαγεῖον *mappa*. & χειρόμακτρον. gemina exſtant in Gloſſis Doſithei Magiſtri quae in Bibliotheca Batava ſervantur. ſic quoque Gloſſae, quarum Auctor creditur Iſidorus: *Mappa*, *gauſape*, *tegilla*, *expiarium*. male ibi ſollicitatur *expiarium*. nec enim *ſudarium* ſubſtituendum eſt, aut, quod pejus, *expurgatorium*. *Expiarium* idem quod *ſpongia* ἐκμαγεῖον. fruſtra quoque *tegilla* in *tergilla* permutatur: *tegilla* enim eſt *tegumen capitis*, & pro eo *mappa* aliquando ſumitur. vetus Vocabularium in Membranis Bibliothecae Batavae ſimilia exhibet. *Mappa eſt ornamentum equi, & ſunt mappae linteamenta alba, quibus cooperiuntur equi Cardinalium, cum faciunt proceſſionem.* bene igitur ſe habet tegilla in loco Iſidori. ſed ad Auctorem noſtrum revertor, dignum, qui lucis aliquantulum accipiat. Sequitur: καὶ ταῦτα ἀναλαμβανόμενα ὁ ἐπὶ τοῦτο τεταγμένον ὡς σύνθημα, legendum videtur: καὶ ταῦτα ἀναλαμβανόμενα ὡς ἐπὶ τοῦτο τεταγμένον σύνθημα. aut, quod probabilius eſt: καὶ ταῦτα ἀναλαμβανόμενος ὁ ἐπὶ τοῦτο τεταγμένος ὡς σαύνθημα. nam ita fere exhibet Auctor incertus apud Salmaſium in Plinian. Exercitat. tom. II. pag. 922. καὶ τὴν μάππαν ἀναλαμβανόμενος ὁ λεγόμενος μαππάριος, εὐθὺς τὸν ἀγῶνα ἐπετέλει. Deinde in fine: καὶ διὰ τοῦτο ἐλέγετο ὁ τοιοῦτος μαππᾶσθαι. Sed quanto rectius repoſueris, καὶ διὰ

τοῦτο

τοῦτο ἐλέγετο ὁ ὕπατος μετακληθῆναι. praeceſſit: ἵνι ἐκάθησαν ἐν τῷ θεάτρῳ οἱ ὕπατοι διαρχεῖσθαι. Senſus ἐνέργειαν hoc modo augeri liquet.

CAPUT XVI.

Gloſſae Nomicae ſeptiès emendantur. Baſilici in L. 10. *C. de Religioſis reſtituuntur.*

Ματθεία. Διατιμητική. Quod excidit, ſupplere poteris legendo: Ἐστιματόρεια. Διατιμητική.

Μέρξ. φόρτιον ἤτοι γομόνα τὰ κινητὰ πράγματα. Baſilici in *L.* 66. *D. de Verb. ſignif.* quam indicat Cl. Schultingius, exhibent: ἡ τοῦ φορτίου προσηγορία μόνα τὰ κινητὰ πράγματα. eadem hic reponenda cenſebat. ſed minori molimine reſcribi poteſt: Μέρξ. φόρτιον. ἐμπορεία. μόνα τὰ κινητὰ πράγματα. Vetus Onomaſticon: Ἐμπορεία. *merces, nundinae.* eodem ſenſu apud Harmenopulum Lib. III. Tit. 10. §. 25. ἐὰν κοινωνὸς ἐπὶ κοινῇ ἐπιτηδεύσαντας ἐμπορείᾳ. poſſet etiam tentari: Φορτίου ἐπωνυμία μ. τ. κ. π. ſed, quod prius dixi, praefero.

Μετάξια. ἔνδεσμα σηρικόν. ἤγουν τὰ ἐνδεδεμένα ἀλλήλοις κασκελλαδῶν ἤτοι χιω. ...... Vitioſe ita editur, in MS. Cod. emendatius exſtat: μετάξια. ἔνδεσμα σηρικόν, ἤγουν τὰ ἐνδεδεμένα ἀνήλοις (pro ἀλλήλοις) κασκελλαδαῖς ἤτοι χιω. . . . . . forte poſſet ſuppleri, κασκελλαδῶς

O ἤτοι

ἤτοι κιονώδης. inſtar *columnae rotundum* & quaſi *involutum*; nunc nihil ſuccurit quod magis ad rem accedit. illud verum eſt, μεταξία in mendo cubare, & legendum μέταξα, aut, quod mallem, μέταξαι. tranſpoſitis literis. Hanc vocem invenio apud Curopalaten pag. 191. ἐκκεκρεμμένας ἔχοντα κύκλοθεν μετάξας κοκκίνας καὶ λευκάς. habes ibi metaxas coccineas & albas. iterum apud Eumdem pag. 201. μικρὸν δ' ἄνωθεν τῶν ἀστραγάλων περιδεδεμένας μετάξας ἐρυθρὰς, ἅπερ ὀνομάζονται τοῦβια. quae omnia ad inluſtrationem hujus loci faciunt.

Μιτάτουμ. ὑποτιθέμενον, ὑποβαλλόμενον, μίτω γὰρ τὸ ὑποβάλλω καὶ ὑποτίθημι. Debet corrigi, μυτάτουμ, & μύτω. ſed talia forte pronuntiationi inputanda ſunt.

Μιτάτωρ. ὁ ἀποςελλόμενος ἄγγελος πρὸς τοὺς ἄρχοντας. Suidas: Μιτάτωρ. ὁ προαποςελλόμενος ἄγγελος πρὸς τοῦ ἄρχοντος. rectius apud Suidam eſſet: πρὸς τοὺς ἄρχοντας. ſed incertum an ita ſcripſerit, cum utraque lectio habeat, quo poſſit defendi. Suidae auctoritate patet τὸ μιτάτωρ fruſtra ſollicitari in loco noſtro.

Μόρα τόκους. ἀγωγὴ ὑπερθέσεως. Interpretationem a re prorſus alienam animadvertit Cl. Editor, & re vera difficulter poſſet defendi. errorem Librarii agnoſco, nec eſt, cur de reſtitutione dubitemus. pro ἀγωγὴ repone, ἐπαγή. quod aptum & perſpicuum.

euum. verba igitur mota diſtinctione ita conſtituenda: Μόρα τόκυς ἐπάγει ὑπερθέσεως. nunc, quid voluerit Gloſſator, intelligo. locus autem variis legibus poſſet adplicari.

In V. Μόρτις καῦσα κάπιον. —— ὅτε σάτυλίβερ ἢ λεγατάριος δίδωσιν ἐπὶ κλήρῳ αἱρέσεως. In MS. exſtat: ἐπὶ πλήρωσιν αἱρέσεως. Sed legendum, ἐπὶ πληρώσει. quae hic habemus deſumta ſunt ex *L.* 8. *pr. D. de mort. cauſſ. donat.* in Baſilic. tom. VI. pag. 235. Sequitur: καὶ ὅτι λαμβάνει τι ἐπὶ τῷ παραιτήσασθαι. ubi, & aliud vitium erit diluendum. MS. legit, ἢ ὅτε λαμβάνει τις. tu lege: ἢ ὅτε λαμβάνεις τι.

Νέκδυμ σῶμα, μὴ παραδοθὲν διηνεκῆ ταφῆ, οἷα τὰ σμυρνισμένα. Non tantum MS. Du Cangii, ſed & Baſilici διηνεκεῖ referunt in *L.* 10. *C. de Religioſ.* quam commode huic loco admovit Cl. Editor; διηνεκεῖ igitur erit reſtituendum, ſed par eſt, ut Baſilicis etiam d. l. tom. VI. pag. 803. opem feramus. ita habent: τὸ σῶμα τὸ παραδοθὲν ταφῇ διηνεκεῖ, δύναται ἀπὸ τόπου εἰς ἕτερον τόπον μετενεχθῆναι. *Corpus perpetuae ſepulturae traditum, de loco in alium locum transferri poteſt.* Videtur inſerenda negatio hoc pacto: οὐ δύναται ἀπὸ τόπου εἰς ἕτερον τόπον μετενεχθῆναι. *de loco in alium locum transferri non poteſt.* τὸ οὐ praecedens ſyllaba abſorpſit. Reſcribunt enim Inperatores Dioclet. & Maximian.

mian. Si nec dum perpetuae ſepulturae corpus traditum eſt: tranſlationem ejus facere non prohiberis.

Νεοκέσταρον. χαρκζόμβρον. Scriptum olim fuiſſe exiſtimo: κονκέσσομ. *conceſſum.* jam nihil incommodi remanet. gloſſa forte referri poteſt ad *L.* 13. §. 8. *D. de acquirend vel amitt. poſſ. Ex facto quaeritur, ſi quis manumiſſus, ex cauſa peculiari habeat rem, non* conceſſo *ſibi peculio.* Aut ad *L. ult. D. qui ſatiſdare cogant. Qui jurato promiſit judicio ſiſti, non videtur pejeraſſe, ſi ex* conceſſa cauſa *hoc deſeruerit.*

Νερεβιτάρια. οἴκησις. Apta eſſet interpretatio, ſi pro νερεβιτάρια legeretur ναβιτατίονα, pro ἀβιτατίονα, ut νέρας pro ἔρας, quód notum & obvium.

CAPUT XVII.

Gloſſae Nomicae decies emendantur. Balſamon leviter corrigitur.

Νέκβ. Νεκκλάμ, Νεκ πρεκάριω. μὴ βία, μὴ λάθρα, μὴ πρεκαρίως. Repone: Νὲκ βὶ —— μὴ βία. Leve hoc eſt: attamen haud praetereundum.

Νίσι ἐρεδιτάριουμ ἰυδικίουμ φίατ. εἰ μὴ τῇ κληρονομίᾳ πρόκριμα γένηται. Ex Cod. MS. lege: Νίσι ἐρεδιτάτι πρειουδικίουμ φίατ. pertinent haec ad *L.* 32. §. 10. *D. de recept. qui arbitr. re-*

cep. eadem verba ibi referunt Baſilici tom. I. pag. 253. ἵνα μὴ γένηται πρόκριμα τῇ κληρονομίᾳ, *ne hereditati praejudicium fiat.* confer Scholia, in quibus νεοσιτάτις πιτιτζίονι pro πιτιτζίονι vitioſe exprimitur.

Νοβατιόν. καινισμὸς, ἤτοι τῆς πρώτης χρέους κ. τ. λ. Rectius multo leges: τῆς προτέρας χρέους. uti in ſuperiori loco; ſic Harmenopulus Lib. III. Tit. 5. §. 88. Ἐὰν μετάθεσις γένηται τῆς χρέους, ἀφανίζεται τελείως ἡ προτέρα ἐνοχή. nec aliter Baſilici in *L.* 1. *D. de Novat.* tom. IV. pag. 126.

Νοβικίους. Νεώνητος ὃν ἂν ἀγοράσω παρὰ σωματεμπόρου. Correctum eſt a Cl. Editore νεώνητος ὃν ἂν ἀγοράσω, ne igitur vitium ſuperſit lege: σωματεμπόρου. Gloſſarium Cyrilli: *Venaliciarius.* σωματέμπορος.

Νουνκυπάτις. ἐκφώνσις ἄγραφος. In MS. ἐκφώνισις pro ἐκφώνησις. lege vero; Νουνκυπάτιο. ἐκφώνησις ἄγραφος.

Νουντένδα. ἀχρηστία νομῆς ἐν χρόνῳ παραδρομῆ. Repone: ἀχρηστία νομῆς, ἢ χρόνου παραδρομῆ.

Νοξάλια. ἀγωγὴ ἡ ἔκδοσιν ζητοῦσα τὸν ὑφειράμενον. Lege: Νοξάλιος. ἀγωγὴ, ἡ ἔκδοσιν ζητοῦσα τοῦ ὑφειραμένου. Sequitur: Νοξάλια. ἔκδοσις σωμάτων δούλων καὶ ζώων. eadem in Ὀξάλια. Νοξάλια ſimpliciter apud Graecos Juriſconſultos vocatur *actio noxalis.* ſic Balſamon ad Photii Nomocan. Tit. IX. Cap. 30. ὅτι ὁ δεσπότης ἀγνοῶν τὸ πλάσμα τοῦ οἰκέτου νοξαλίᾳ μό-

μόνον κατέχεται. ita enim ſcribendum. mendoſe editur νοζάλια.

Τὸ ὄνομα τῆς Νόζης πᾶν ἁμάρτημα περιέχεται. Emenda: τῷ ὀνόματι κ. τ. λ.

Νοτάριος . . . . Νότα τὰ γράμματα. Facili negotio haec poterunt ſuppleri. ultro ſua offerunt Suidas & Etymologus. Illi enim: Νοτάριος. ὁ γραμματεύς. νότα γὰρ τὰ γράμματα. eadem hic reponenda exiſtimo.

